infra eodem, vbi fructus bonorum Castrens. vel quasi, & donationum Regalij & aliorum communicatur, quãvis officia ipsa & proprietas dictorum bonorum sint propria morientis. Sed nihilominus pro cõtraria parte in hoc secundo casu principali, imo quod donatio facta à Principe vni ex conjugibus constãte matrimonio ob benemerita & servitia impẽsa in libello (vel alias) expensis communibus vtriusq; conjugis gratis, & sine stipendio non sit communicanda inter ipsos, sed sit propria ipsius donatarij, faciũt plura quæ cumulat diligentissimus Burg. de Paz *d. quæst. 11. nu. 22. vsque in fin. & præcipue*. Primo, quia dictæ leges Regiæ fupra allegatæ generaliter & indistincte disponunt, donationes non communicandas inter virum & vxorem, nec distinguunt, an sint remuneratoriæ nec-ne: nec an fiat expensis communibus vel propriis viri, præcipue cum frequentius expensis vtriusq; cõjugis fieri soleãt: vnde succedit cõmunis regula, quod cum lex non distinguit nec nos distinguere debemus, *l. de pretio, cum simil. ff. de Publ.* Secũdo per nostram l. dum ipsa in principio loquẽs de hereditate & donatione & lucratis in bello cũ stipendio non communicãdis inter virum & vxorem, solũ excepit ab vltimo casu de acquisitis in bello lucrata sine stipendio expẽsis cõmunibus vtriusq; cõjugis: vnde constat quod voluerit reliquos duos casus de hereditate & donatione sub regula generali relinquere: quia exceptio in casibus non exceptis firmat regulam in contrarium, *vt in l. nam quod liquide, §. fi. i. respo. ff. de pen. legat. cum simil.* Quod corroboratur ex illis verbis nostræ l. ibi, *Quanto ganare desta guisa*, id est hoc modo quæ sunt restrictiva, *l. qui servum, vbi gl. verb. hoc genere, ff. de interrog. act. cum simil.* quasi aliud sit, si illud acquireret alio modo, nempe per donationem vel hereditatem etiam expensa cõmuni & sine stipẽdio, sũto argu. à contrario sensu. Tertio, *per l. 4. tit. 4. lib. 5. ordin. vet. hodie l. 9. infra eodem.* quẽ aperte disponit, donationem à Rege factam non communicari inter cõjuges, vt patet ibi: *Que todos y quale quier bienes castrenses, y oficios de Rey, y donadios, &c.* Quæ verba cum sint ita generalia & vniuersalia comprehendunt etiã nostrum casum & includunt omnia quæ excogitari possunt *vt late probat Burg. vbi supr. n. 3.* præmaxime cum in illa l. tantum excipiatur vnus casus, nempe vsusfructus ex ipsis bonis castrensibus vel donatione acquisitis: nam casus exceptus firmat regulam in contrariũ, *vt in d. l. nam quod liquide.* Præterea *l. illa 4. de Nicua*, condita fuit ad tollenda dubia, quæ antiquitus erant circa communicationem bonorum acquisitorum cõstante matrimonio inter coniuges, tam ex Regia donatione, quam alias: sed quando donatio fuit facta marito propter servitia Regi exhibita propriis expensis, nulli dubiũ subesse poterat, vt pręd. est in primo casu: dubium autem antea erat circa ipsas Regias donationes factas ob servitia exhibita cõmunibus expẽsis: Ergo dicendum est præd. l. hoc dubium decidisse. cũ frequenter & vt plurimum contingat, hæc servitia exhiberi à marito expensis cõmunibus, nẽpe ex fructibus suorum bonorum, rarissime autem expensis ipsius viri tantum, *arg. d. nam ad ea, l. ex his, ff. de leg.* Hæc subtilia & alia sunt fundamẽta Burg. de Paz *vbi sup.* pro hac parte adversus primam, quam prius fundaverat. Tandem *n. 54.* inquit, quod licet difficile sit in tam ancipiti quæstione eligere quid tenẽdũ sit, nihilominũ tamẽ in hac vltimam sententiam proclivior est ipse, quam iure veriorem reputat, vt quę fortioribus nititur fundamẽtis, & quod ita pluries judicatũ fuit in illo. Senatu Pinc. se patrocinante; & quod eiusd. sententiæ fuerunt Genitor & Avus sui eminentissimi Advocati Pinc. Cutię. Quid tenendum in hoc secundo casu? Profecto res est difficilis adeo, vt non mirum sit, in diversas itum esse sententias per nostros Hispanos: nihilominus tamen accedo priori sententiæ Roder. Suar. & Greg. Lop. cũ sua limitatione adversus Burg. de Paz. quæ æquior videtur & bene probata in nostra l. 1. in sui ratione ibi: *Que assi como la costa es comunal de ambos, lo que assiganaren sea comunal de ambos.* Hæc namq; ratio est generalior dicto, & militat etiam in nostro casu: & quotiescunq; ratio legis est amplior seu generalior dicto vel disposito, tũc dispositio ipsa extẽditur ad amplitudinẽ rationis, *l. Regula, §. fi. vbi Bar. & Dd. notant ff. de iur. & facti. ign. cum sim.* vbi est eadem ratio idẽ ius est statuẽdum, *l. illud, ff. ad l. Aquil.* & facit ad prærd. opt. tex. *in l. 1. C. de cast. omn. Palat. pecul. lib. 11.* vbi habetur quod non sunt alieni à pulvere vel labore Castrorum, qui Regẽ suum sequuntur in Curiis ei servidẽo, etiamsi non vadant ad bella ipsius actualiter: cum quo tex. concordat *l. 6. & 7. tit. 17. par. 4. & l. 1. vosst prin. tit. 2. par. 4.* Nec obstat si replicet quis quod præd. ratio etiã videtur restricta ad acquisita in bello, dum dicit: *Lo que assiganaren.* Nam respondeo hanc non esse rationem, sed potius decisionem: ratio autem est generalis, ibi: *Que assi como la costa es comunal de ambos*, ac si diceret, ideo quod sic lucrãtur cõmune est ambobus: quia expẽsa est communis, comparatio itaque legis est decisio casus cum sua ratione. Et prætẽrea hæc pars probatur: quia vxor dum maritus servivit Regi, mansit domi in ejus gubernatione & procreatione liberorum, & conservatione bonorum communium, vt supra dicebam. Non obstant primum & secundum fundamentum contrariæ partis, quoniam ea iam cessant ex prædict. ratione generali nostræ legis. Non obstat & tertiũ scilicet *n. 5. infra eodem*, pẽderata vt supra: quia cum ipsa generaliter disponat, intelligi, distingui & declarari debet per nostram legem 3. & ipsius generalem rationem, cum illa hãc nõ corrigat. Nec dicat dato quod cõmunib̃ expẽsis lucrẽtur, sed declaret, vt fructus sint cõmunes, *vt d. cebat Greg. Lopez in dict. l. 55. in gl. igualmente, ad finem & constat ex dict. l. 5. de Nueva. lib.: Declarando las leyes del Fuero, & ibi: Segun lo quieren las dichas leyes del Fuero.* Ego illa lex quinta loquitur in priori casu nostræ legis 3. non vero in secundo de quo agimus: cessant etiam & cetera fundamenta, stante nostra l. 3. contingere etiã potest sæpissime, vt donatio prædicta fiat salariato quo casu ipsi soli quæritur, non vxori, vt sugta resoluimus in primo casu principali & sic contingit quotidie, quia his qui ambulant in seruitio Regis vel alicujus domini datur certum salarium annuũ, *vt inquit Roderic. Suarez in dict. l. Fer. limit. 3. in vers. sed erit difficultas.* Accedit prętẽrea auctoritas grauissimorum virorum, nempe Roderic. Suarez & Greg. Lop. hanc partem tenentium: non diffiteor contrariã sententiam satis defendi jure posse, mihi tamen præcedẽs quam teneo in hoc secundo casu principali, magis placet, verioq; videtur.

SVMMARIA.

1 *Donatu à consanguineis viri sponsa vel vxori vel contra cuius erunt soluto matrimonio? examinatur per totam quæstionem: resolvitur cum communi, in dubio, quæ illi, cuius contemplatione donatur, vt in n. 8. & sequent.*

2 *Hoc fallit si constiterit donantem vxori inẽdere principaliter donare viro vel vxori tantum, nam tunc absque dubio illi quæritur.*

3 *Vxor iure communi attento est persona libera, quæ sibi quærere potest (nisi quoad debitum carnis) ipsa namque licet teneatur operari viro, verum est in operibus obsequialibus domus, nõ vero in artificialibus, vt hic, iure tamen Regio acquisita inter virum & vxorem simul viventes inter ipsos communicantur.*

4 *Dinatio per auum nepoti, censentur adventitia nec acquiruntur patri.*

5 *Data ambasiatoribus, ipsi soli quæruntur.*

6 *Donatum socio occasione societatis cedit ipsi donatario, non vero est communicandum societati.*

7 *Si propter te habui notitiã cum amico tuo, & ei sum effectus amicus & illum heredem instituo, certe licet tu fueris causa amicitiæ, & per consequens institutionis, tamen propter hoc tibi non acquiritur.*

9 *L. sed si plures, §. in arrogato, intellectus.*

10 *Antonius Gom. in dubius carpitur.*

11 *Paul. Castr. restrictio ad communem supra sententiam similiter improbatur.*

12 *Regula communis cum sex fallentiis resumitur.*

13 *Limitatur communis regula supradicta stante consuetudine in contrarium & quomodo intelligatur.*

14 *Quid si res donata vxori à consanguineis viri, sit tantũ eidem vxori conuenions?*

15 *Communis sententia supradicta limitatur, quoties consanguineis vel amicus mariti, qui vxori donauit ab ea priius aliqua servitia recepisset, quia tunc res donata cedit in remunerationem.*

L. 3. titul. 9. lib. 5. Nouæ Collect. Regiæ.

QVÆSTIO CXX.

1 QVæto† præterea circa eandem l. 3. ibi, *De donadio de sennor, o de pariente, o de amigo, &c. Quid in rebus donatis à consanguineis viri sponsæ vel vxori vel contra cuius erunt soluto matrimonio?* Quæstio hæc satis agitata est inter Dd. atque vulgaris, sed quia controversa, difficilis ac in praxi sæpe contingens eam hic definire volui.

2 In primis† observandum est, quod si constat donãtem vxori, intendere principaliter donare viro, velleq; quod sibi acquiratur, licet traderet vxori, tunc indubium est huiusmodi donata pertinere debere ad virum ejusq; heredes & nõ ad vxorem neq; ad suos heredes, nisi vir eo tempore inteuderet donare vxori morteq; ipsius viri cõfirmaretur donatio: In dubio autem non præsumitur virum voluisse donare vxori, *argum. l. cum de indebito, cum simil. ff. de probat.* Si autẽ illi qui donabant contemplatione viri, intenderent principaliter donare vxori, vellentq; ei quæri, non vero viro, eidem vxori acquiruntur res sic donatæ, non vero alteri, & econverso: Idem etit in donatis à consanguineis sponsæ vel vxoris, sponso vel marito, vt in terminis probat Anton. de Butrio *consil. 37. in secundo dubio, quem refert & sequitur Iasf. in l. sed si plures, §. in arrogato, in fin. ff. de vulg. & pupil. substit. Corneus consil. 81. col. penul. in fi. vol. 1. Decius in l. vt liberis, colum. penul. C. de collat. bernard. de Bisgneto in decis. Rot. antiq. decis. 1. de donatione inter vir. & vxor. & latissime comprobat Palat. Rub. in repetit. Rubr. de donat. inter vir. & vxor. § 44. numer. 3. & 4. Rol. à Vall. consil. 10. num. 10. lib. 1. Ayora de partition. 1. p. 68. num. 19.*

3 Vxor enim† est persona libera (nisi quoad debitum carnis) quæ sibi quærere potest, nec sibi quæsita quæruntur marito: quia nõ sunt quæsita ex eius operis, *vt notatur per Cynum in l. si q. vltim. C. de furt.* Quod enim dicitur mulierem debere operari viro, & quod operæ eius pertinent ad maritum, verum est in operibus obsequialibus domus, non vero in artificialibus: Nam si mulier esset textrix vel aliam artem haberet, iure cõmuni attento sibi acquireret: nam per liberã personam alteri non acquiritur: nisi sit in potestate vel tanquam serui potestate: Et ita debet intelligi, *l. liberi, libertaq; de cond. insert. vt tenet Fulgos. in l. si mulier, §. si vir vxori, ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. 1. C. de bon. quæ lib.*

Bald. in l. si vxorem, col. 2. versic. ceterum, C. de cond. inf. dicens, quod si vxor facit aliquam artem vel mercantiã, vel esset chirurga vel obstetrix, quæ operæ nõ sũt domesticæ & familiares id quod acquirit ex istis operis, non acquirit viro: quia nec ad præceptũ viri tenenetur negotiari, quos refert & sequitur Palat. Rub. *vbi supra §. 45. n. 4.* & ante eum idem videtur tenuisse, sic tamen clarius intelligendus Bisignet. *vbi supr. nu. 3. & 4.* vbi quod hoc procedit, etiamsi vxor pecunia mariti quęsisset, puta mercando vel tenendo in cambiis Tenetur tamẽ marito de pecunia vel æstimatione rei suæ *vt in dict. l. si mulier, §. si vir vxori, per quem tex.* ita tenet Palat. Rub. *vbi supra num. 7. ad fin.* Iure tamen Regio acquisita per virum & vxorem simul viventes, inter ipsos æqualiter communicantur ac dividuntur, præterquam in donatis cuiquam eorum à suis cõsanguineis, *vt in toto hoc tit. 9. lib. 5. Nouæ Collect. Reg. præcipue hac l. 9.* In dubio autem quando non constat de mente cõsanguineorum viri donantium vxori, vel vxoris donantium marito, est contentio inter nostrates, cui acquirendum sit: In primis enim sunt qui existiment donata vxori per cõsanguineos mariti ipsius vxoris esse, non vero præsumi donata contemplatione mariti. Primo, quoniam donata† per auum nepoti censentur adventitia nec acquiruntur patri. vt est communis conclusio *in l. quæsitum, in princ. ff. de legat. 1. testatur Alciat. reg. 1. præsum. 18. n. 3. & tenuit prius præsum. 17. eiusdem reg.* Ergo idem debemus dicere à fortiori in isto casu, quia facilius acquirit filius patri, quam vxor marito, *vt supra vidimus.* 4

Secundo† quia data ambasiatoribus non præsumuntur data contemplatione Principis, sed sua ac proinde eis quærũtur, *vt in l. si vero, § item quidquid, ff. solut. mat. vbi Bart. expresse notat.* & est magis communis opinio *secund. Alex. ibi. numer. 12. & Paul. de Castr. in dotalem, num. 6. ff. eod. testantur communem Alc. d. Reg. 1. præsumt. 18. num. 4. & Roland. à Vall. vbi supra, n. 9. sequitur Ab. in cap. postul. asti, de concess. prebend. & Palat. Rub. dict. § 45 num. 6.*

Tertiò, *per l. si mater, C. de donat. ante nupt.* vbi inquit tex. quod si mater filiæ suæ sponso vel marito prædia sine vlla repetendi lege donavit & eum in vacuam induxit possessionẽ, soluto matrimonio donatio prefata nõ perfecta dissoluitur: *ad id. l. si consentiente, C. eod. tit. & l. si servus communis, in 2. est. ff. de donat. inter vir. & vxor.* Ergo si præd. donatio est perfecta, & statim valet & tenet, efficitur res donata propria donatariæ, nec eam marito vel ipsius heredibus in specie nostra reddere tenebitur, vt per illa jura in terminis probant Dd. infra statim citandi.

Quarto, quia non videmus quomodo iure probari possit, quod dando aliquid vxori quæratur marito: non enim promissio illi fit, nõ traditio, quomodo ergo potest dici quod sit mariti, *l. tradition. C. de pact. cum simil.* & casus specialis est, quod vxor cẽseatur acquisisse de bonis mariti *in l. Quintus, ff. de donat. inter vir. & vxor.* ad evitandam turpem suspicionẽ: quæ ratio cessat in specie nostra: vnde dato quod sit verum, quod acquisierit contemplatione eius non sequitur. Ergo debet illi restituere: solum enim in filis familias cõsideratur quod ab eis quæsita censeantur cõtemplatione patris quæsita, & ideo ei acquiruntur, *vt in l. cum oportet, in princ. C. de bonis quæ lib. & in dict. l. sed si plures, §. in arrogato, quo tex.* nituntur contrariæ partis auctores, *vt statim dicemus*: verũ loquitur in filio arrogato qui etiam patri arrogatori acquirit, non sic tamen inuenim̃ expressum in vxore respectu mariti. Præterea *in dict. §. in arrogato*, agebatur de fauore pupilli, quod pater posset eidem pupillariter substituere, nedum in bonis ab eo provenientibus, sed etiam à cognatis vel ami-

cis,ne ipse arrogat⁹ decedat intestatus,nec propterea ipse pupillus bonis privatur sed heredem in eis habet, quod non est in casu nostro, vbi mulier etiam viuens cogeretur restituere marito,vt subtiliter advertit Alc. *vbi sup.in fin.*

6 Quinto quia† si donator socio occasione societatis ex quo tamen donatur personæ &non societati,cedit ipsi donatario,& non est communicandum socio , *vt in l.socium qui in eo, §.fin.in vers.nam neque compendium, in fin.ff.pro soc.secund.communem lecturam Rolan. à Val. vbi sup.num.8 vers.5 adducitur late Anton.Gom.2. tom. cap.5 de societ.num. 4 Greg.Lop.in l.3 in glo.magn.tit.10 part.5* Ergo cum matrimonium se habeat ad instar societatis *vt in cap.cum societas,27.quæst.2* Quinimo maritus &vxor sint socij divinæ & humanæ domus,*l.adversus,C.de crim.expilat.hered.l.1 ff.de rit.nupt.* quãvis aliquid donetur vxori à cõsanguineis viri ratione matrimonij,& sic occasione &contẽplatione societatis, suum erit &non viri,&ex dict.*l.socium,qui in eo, §.fin.* idẽ probãte in hereditate relicta vni ex socijs propter societatem,vt ipsa hereditas non cõmunicetur,decidit eleganter Bar.*in l.Gallus,§.quid si is,nu.* 3 cum quo
7 transit ibi Paul.*num.6 ad fin.ff.de lib.& posth.*quod †si propter te habui notitiam cũ amico tuo,& ei sum effectus amicus,&illum heredem instituo,certe licet tu fueris caussa amicitiæ & per consequens institutionis,tamen propter hoc tibi non acquiritur.

Sexto &vltimo eadem opinio comprobari videtur ex mente nostræ l.*in verbis supr.in princip.huius quæstionis relatis,ibi:De donadio de sennor,o de pariẽte,o de amigo:*Quandoquidem non distinguit, an donetur à consanguineis mariti vel extraneis: Ergo quãvis donetur vxori à consanguineis mariti, erit res donata vxoris propria propter generalitatem nostræ legis quam in hoc expendit Palat.Rub.*dict.num.44.nu.2* Et in terminis hanc sententiam tenuit Bald. *in dict.l. si mater, & in consil.62.volum.1.& in consil 36.volum.4* dicens, veriorem esse contra Bar.*in dict.§.in arrogato*, tenentẽ contrarium,*vt statim in secunda opinione videbimus : & Roman.consil.172.col.2 versic.quoad vltimum Angel.& Rom.in l.vt liberis,per glos.ibi,in vers.in ipsos sponsos, C. de collation.idem Angel.Raphael.Cum. & Aret.in dict. § in arrogato,Salyc.in l.nec inter,C.de donat.inter vir. & vxor.& in l si sponsus,§.donatio ff.eodem titul.Alciat.ex profes.in dict.præsum.* 18. *per totam, & ibi eius additio, Caldas Lusitan.in repet.l.si curatorem habens,C.de in integr.restit. minor.*

8 His tamen† omnibus non obstantibus,contrariam sententiam,imo quod in dubio donata à consanguineis viri censeantur donata contemplatione viri , ac proinde illi acquirantur,non vero vxori,tenet Bartol. Pau.Cast.Alex.Ias.&cõmunis *in d.§ in arrogato,per tex. ibi,vbi arrogator,qui habet facultatem substituendi pupillariter filio arrogato in bonis à se profectis,potest etiam eidẽ substituere in iis quæ donata sunt ei per amicos vel cognatos ipsius arrogatoris:*Est igitur ibi tex.secundum Alex.quod substitutio facta ab arrogatore,non trahitur nisi ad bona arrogatoris & ad acquisita impuberi beneficio arrogatoris:Idem probat *l.9 tit.5 part.6.*Dicitur enim profectitium quicquid habet filius contemplatione seu occasione patris vel alias, *vt per Bar. & Dd.ibidem & eundem Bar.in l.annua,§ 1 ff.de annuis legat. Abb.in c.sedes,col.5 de rescript.Joan. de Platea in l.1 C.de Castren.pecul.lib 12. Bald.in dict.l.cum te, C.de donat.ante nup.*quos in proposito refert &sequitur Greg. Lop.*in dict.l.9 in gl.su amigo.* Et opinio suprad. Bart. est magis communis secun.Cagn.*in l.contractus, n.58. ff de regul.iur.*vt refert eam sequutus Iul.Clar.*lib.3 recept.sentent.§ donatio,q.10.vers.sed nunquid ei.*Ex tex.*in d.§.in arrogato,* procedit etiam in donatis per amicos post mortem arrogatoris,*secundum Cuman.ibidem, & melius in consil 73.*quamvis† Alciat.*dict.præsumt.18.nu.* 9
12. dicat hoc satis extra verba illius textus qui simpliciter procedit ampliando,quod in principio dixerat de quarta(quæ proprie est de bonis ipsius testatoris)ad ista donata ab amicis eo tẽpore quo arrogatori cum sit jam mortuus,acquiri non possunt , nihilominus ampliationem Cumani veriorem esse existimo, ac non extraneam à verbis &mente *dict.§.in arrogato*, cum ampliatio præd. in bonis beneficio arrogatoris hoc est,ab amico,vel cognato ipsi⁹,sit generalis: quia tex.non distinguit, an in vita vel post mortem arrogatoris sint donata,&nulla ratio efficax differẽtiæ assignari valeat in prædict.casibus,sed vna eademque in vtroq; concurrat atq; militet.Nec etiam obest respõsio eiusdem Alciat.*in fin.dict.præsumt.*ad tex.assignata, ne probet communem , nempe quod ibi agebatur de aliquali favore pupilli,quod pater possit ei substituere pupillariter,nedũ in bonis à patre prouenìẽtibus,sed etiam à cognatis vel amicis,nec propter hoc ipse illis priuatur,hoc siquidẽ quãvis alias verum sit,ibi tamen non fuit in consideratione, cum alioqui etiã in bonis aliunde acquisitis filio arrogato , quã beneficio parẽtis posset eidem arrogator substituere,& nihilominus non potest,vt in dict.iuribus,sed tantum ibi consideratur quod donata beneficio,hoc est contemplatione patris arrogatoris,videtur ita sua esse sicut quarta quã ei arrogator tenetur relinquere,sicq; ille tex. semper allegatur ad hoc,*secundum Paul.ibidem num.* 4. quod bona quæ pervenerũt ad te ab alio mei contẽplatione censentur à me peruenisse, & ideo ad substitutũ pupillarem pertinẽt:sicut igitur ibi relicta alicui contẽplatione alterius sibi coniuncti legitimo vinculo in dubio sunt accẽsentur esse propria illius,cuius contẽplatione relinquuntur,eodem modo donatio facta à consanguineis vel amicis viri vxori præsumitur facta contemplatione viri sibique acquiritur,vt communis ex eo textu recte deduxit,inspicitur namque dãtis affectio,cuius finali contemplatione datum sit &soluto matrimonio eius erunt donata,*vt latius ex eo tex.notat ibi Paul.nu.4.*

Nec obstat si dicatur illud ibi procedere propter patriam potestatem,quia arrogatus ea statim acquisivit patri,quoniam procedit vt prædiximus, etiãsi donata sint post mortem arrogatoris &quamuis tunc ei acquiri non possunt , constat tamen considerandum esse,cuius comtemplatione bona donata sint,vt de illis quamvis nondum acquisitis possit ille sicut de acquisitis disponere.

Secundo hæc pars fulcitur *in l.si quid earum, vers.in quibus.ff de legat.3* vbi si maritus legavit vxori,quę sui caussa comparata sunt, veniũt ea quæ socer nurus nomine comparavit,ergo nõ erũt ipsius vxoris, sed potius mariti &sic cõmunis sententia tenenda est,quam etiam voluit Ant.de Butr. *dict.consil.37 in 2 dubio, Angel.in §.fuerat,num.42 Instit. de actionibus, Cerneus vbi supra, Alexand.& doct.in dict.l. vt liberis, vbi Ias.nu 17.* testatur esse magis communem,quod fatetur Roman. *vbi supra,*esse nempe communem , quam late probat Palat Rub.*dict.§.45 num.1 & sequent.*vbi *n. 6* hoc maxime procedere affirmat,si in donatione facta sit mẽtio vel commemoratio mariti, & *n. 7* idem probat, etiamsi prædict.mentio mariti facta non fuerit,sequitur Montal,*in dict.l.9 tit.5 part.6 in gloss.vnic. ad finem* eandem probauit Bernard. Bilignet. *vbi supra,num.7* eam sequitur dicens esse communem Roland.à Valle *dict.consil.10.num.11.*concludens eam in iudicando fore amplectandam,sequitur &testatur veriorem & communiorem Anton.Gom.*in l 53.Taur.nu. 67.* vbi idem tenet,etiãsi viro &vxori donetur simul & simpliciter ab a-

ab alio ex consanguineis sponsi vel mariti,quia etiã tunc sibi soli quæritur , non verò sponsæ vel vxori, argum. supradictorum, dicit communem Ayora *vbi supr.n.18.& 19.*& ita est tenendum.Non obstat primũ contrariæ partis fundamentum, quia nepos non solũ patris sed etiam aui consanguineus est:quare non est cur magis contemplatione patris ipsius,quam nepotis donare auus pręsumẽdus sit,ac proinde donata per auum nepoti,merito quod sint aduẽtitia, patriq; quoad proprietatem nõ acquirantur, cum donando nepoti videatur donare propter propriũ sanguinem affectionem & dilectionem nõ tãtum patris nepotis: sed & ipsius nepotis:at verò in nostra specie donatio fit præcipue cõtemplatione viri,& propter ipsius cõsanguinitatẽ Nõ obstat secũd.de donatis ambasiatorib.quia secũd.Alex. *in d.§.in arrogato,in fi. Palat.Rub. d.§.54.n.9.& Rol à Val.d.n.11.vers.vlt.nõ obstat,*rationes Dd.in illa quæst.non militant in nostra specie:Consueuit enim ambasiatorib. remunerari, *vt in l.Diuus, ff.de bon.damn.* Vnde si munera non essent talia, quæ viderentur domino conuenire magis quam ambasiatoribus, videntur eis donata, & erunt sua.

Tertium etiam,hoc est *d.l.si mater C.de donat.ante nupt.cum simil.* non obstet,quia ibi constabat matrem voluisse donare vxori,ideo nil mirum si donatio non reuocetur, & donata efficiantur propria vxoris : Ita illum text.intelligit Salyc.*in d.l.cum veterum, col.2.C. de don. ante nupt. Ang.in §.est & aliud,col.1. Instit.de actio.Pal.Rub.d.§ 40.n.2.Rol à Val d consil.10 n.11.in vers. non obstant,*& sic ibi sumus in casu claro,nos vero agimus in dubio , quando non constat consanguineum viri donare voluisse vxori consanguinei.

Quartum non obstat, quia ei satisfit ex supradictis *in princ.huius q.* Ad quintum respõdetur eodem modo quoad tertium, *vt per doct.vbi supr.* & præterea in casu Bart.*in d.l.Gallus,§.quid si is,nu.3.ff.de lib & posth.* caussa illa fuit remota , vt ipsemet Bart. fatetur , ac proinde non habetur in consideratione.Sextum,hoc est lex Regia nostra in verbis supra relatis, loquitur in donatis à consanguineis donatarij , non vero in consanguineis alterius conjugis, quam cui donatur, sicque lex illa non decidit nostram quæstionem , ac proinde remanere debet sub dispositione juris communis : non etiam gl. *d.l.vt liberis,C.de collat.* quia in diuerso casu loquitur , nempe in donatione facta à patre filio sponso ob caussam, scilicet vt constitueret donationem propter nuptias sponsæ quæ quidem donatio bene confertur , *vt in Authent.ex testam.C.de collat.* & sic hæc gl.non contradicit opinioni Bart.& communi.

10 Addit † tamen Ant.Gom. *vbi supr.* duo quæ mihi vera prorsus non videntur. Primo, quod dona vel munera , quæ offeruntur sponsæ vel vxori tempore sponsaliorum vel ipsa die nuptiarum, censentur donata ipsi sponso,& ab sponso sponsæ, & judicabitur sponsalitia largitas, ac per consequens sponsa lucrabitur medietatem per osculum,& totum per copulã, & si nihil horum interuenerit, nihil lucrabitur , sed soluto matrimonio tota donatio reuertitur ad sponsum,vt supra dixit in sponsalitia largitate. Secundo quod si munera vel dona dentur à cõsanguineis mariti vxori ejus cõstante matrimonio,cẽsentur donata ipsi marito,& à marito donata vxori,& per cõsequẽs donatio hæc confirmatur morte mariti,vel per lapsũ anni , nisi maritus antea reuocet vel vxor præcedat, quia tunc donatio reuertitur ad maritum , sicut donatio inter virum & vxorem.Sed quoad primum dictum attinet,cum donatio fiat sponsæ,non video cur fingere debeamus circuitum,nempe quod censeatur donatum sponso & ab sponso sponsę:& præterea in dubio nemo pręsumitur alteri donare,sicq; nec spõsæ,*vt in d.l.cum de indebito,cum simil.b.* Vnde nec spõsalitia largitas judicanda est, nec in ea specie habere locum debent,quæ de sponsalitia largitate idem auctor tradiderat super eandem *l.n.2.& 3.* Nec lex præterea 52.quæ de modo lucrandi spõsalitiam largitatẽ loquitur,cum hæc locum tunc habeant, cum spõsus expresse donat spõsæ,nõ vero quoties cõsanguineus sponsi siue mariti donat ipsi sponsæ : tunc enim seruanda sunt per omnia , quæ supra differuimus, cum sit diuersus casus. Secundum etiam eodem morbo fictionis ac circuitus laborat , & præterea destruit magis communem sententiam,quandoquidem licet marito donatum videatur,falsum est, præsumi à marito vxori postea donatum ac proinde morte ipsius mariti confirmari donationem,aut per lapsum anni. Donatio namque in dubio non est præsumenda. Quare licet maritus patiatur vxorem accipere rem sibi à consanguineo mariti donatam,ac ea vti : nihilominus tamen non ex hoc videtur eam eidem donare nisi id intenderet , vt in terminis probat Bisignetus vbi supra, *nu.8.& Palat.Rub.d.§ 44.n.4.* istud autem de lapsu anni non verum : nam per lapsum solum anni non confirmatur donatio inter virum & vxorem, sed tantum morte viri, præcedente traditione, *vt statim dicemus.*

Ex quibus † consequitur non esse etiam veram re- 11
strictionem Paul.Castr.*in d.§.in arrogato,quem legit sub. §.ad substitutos, eiusdem l.n.4.* dum intelligit Bart.opinionem & cõmunem,vt procedat, quando matrim. soluitur morte mulieris: nam tũc donatio facta à marito reuocatur:ergo & facta ab alio cõtẽplatione mariti, secus si matrimonium solueretur morte mariti: nam tunc donatio morte viri confirmaretur, & non deberet redire ad heredes mariti,*vt in l.cum hic status, §.1 ff.de donat.inter vir.& vxor.* Id namque quamvis in donatione à marito vxori facta constante matrimonio locum habeat,quia ipsa à principio nõ valuit, ac proinde morte ipsius mariti per silentium pręcedente traditione confirmetur, *vt prædiximus,* in donatione tamen à consanguineis viri vxori facta, scriptum non legimus:quinimo hæc donatio statim re tradita valet ac perficitur in fauorem viri,ipsiusq; heredum, quia ipsius contemplatione in dubio censetur facta, ac proinde ipsis acquiritur irreuocabiliter,*vt in iuribus supra allegatis.* Et præterea hoc est , quod habet præfata magis communis sententia Bart.Si igitur est perfecta,quomodo potest dici morte viri confirmari, cum non simus in donatione facta à viro vxori, nec ea hoc casu in dubio præsumenda sit,nisi hoc intendat maritus, vt prædiximus.

Ex† pręcedentibus igitur resumendo materiam,cõ- 12
stituo regulam cum fallentijs.Regula est:Vt in dubio donata à cõsanguineis vel amicis viri vxori censeantur donata contemplatione viri,sibique & suis heredibus acquirantur,non vero vxori, nec suis econtra in consanguineis vxoris donantibus marito.

Primò fallit hęc regula (quamvis hæc nõ recte fallẽtia dici queat) quoties cõstaret donatorem voluisse donare vxori,& ipsius contẽplatione,maxime si hoc exprimat,nẽpe quod illas res donat vxori,&vult eas perpetuo manere apud eam,& quod nullo casu ad ipsum donatorẽ reuertantur:nam tunc sine dubio res taliter donata erit propria vxoris, per tex.*in l.1.in pr. ff.de donat.vt tenet Palat.Rub.in d.§.44.n.2.*Idem si illi, qui donabant cõtẽplatione viri, intenderent principaliter donare vxori,& valebãt res donatas ei acquiri,& non viro,licet ejus cõtemplatione hoc facerent, *vt tenet d.Rot.1.de donat.inter vir.& vxor.n 8,*vt est prędictum:Et idem est dicendum e conuerso in donatis

viro à consanguineis vxoris, quoties illi hoc intenderent nempe, quæri viro & non vxori.

Secundò fallit communis regula quoties, etiamsi donata vxori à consanguineis viri, viro quærentur, vt contingit in dubio, & preterea cùm constat, atque est certum id voluisse donatores, ipse tamen vir postea intenderet donare vxori easdem res, hócque cōstiterit: Nam licet donatio inter virum & vxorem constante matrimonio regulariter non valeat, confirmatur tamen morte viri, precedente traditione rei donatæ, *vt in l.3.§.fi.& in l. sequenti, iunct.l.cum hic status, §.1.ff.de donat inter vir.& vxor.l. Papinianus, cum sua gl.communiter approbata, verb.mariti, ff.eodem*, nisi vir in vita reuocauerit donationem vel vxor predecesserit, *vt in d.decisio.1.Rotæ n.8.* in dubio autem non presumitur virum vxori donasse, vt est prædictum: Et in terminis hanc limitationem tenet Bisig. & Palat. Rub. *vbi supr.d.§.44.nu.4.* Et idem erit e conuerso in hac specie in donatis viro à consanguineis vxoris.

Tertiò limitatur communis regula prædicta quoties vxor cui donatur à consanguineis viri, esset æque consanguinea vel propior ipsis donatoribus, nam tunc ipsi vxori quæritur donatio, non viro, argumento eorum quę supra diximus in donatione facta ab auo nepoti.

13 Quartò † fallit, quoties esset consuetudine legitime introductum quòd consanguinei vel amici mariti donent ejus vxori, & quòd taliter donata efficiantur propria vxoris & remaneant apud eam vel ejus heredes vel e conuerso, quòd est in dubium. Sola tamen consuetudo donandi in similibus casibus & personis nisi etiam ea adesset, vt prædicta donata remaneant perpetuo, & acquirantur donatario, non sufficeret. *vt tenet Corne.d.consil.81.col.fi vol.1.& bene probat Palat. Rub.d.§.45.n.9.& seqq.& Rol.à Valle d.consil.10 nu.11.in princ.* Et quod seruanda sit consuetudo in hoc, tenet Castel.*in d.l.52.Taur.in gl.Le huviere dado in fin.& ante cum Paul. Castr.vbi supra.*

14 Quintò † communis regulæ restringitur, vt procedat, quando fuit donata res vel materia conueniens marito, vt puta arma, equus vel alia similia: Idem si erat materia vel res indifferens, quæ poterat competere tam marito quam vxori: Secus si donata conueniebant tantum vxori, vt si forte donarentur vestes muliebres vel ornamentum perlarum in capite deferendum, vel similia: nam hoc casu conjectura conjicitur donatum in contemplatione vxoris, & sibi deberi & acquiri, non vero marito, sicut diximus in donatis ambasiatoribus: ita expresse limitat & intelligit materiam hanc Ang.*in d.§.in arrogato*, & Bisignet.*dict. decisio.1.n.8.* sed contra hanc limitationem tenent Imol & Alex.*in d.§.in arrogato, n.12.* dicens quod licet res donatæ conueniant tantum mulieri, non sequitur per hoc quòd mens donantis fuerit donare mulieri, vt sint suæ, cum ipse vir ornamenta concedat vxori, vt ornatior incedat, & tamen non ideo vult esse mulieris: sed si sunt pretiosa, soluto matrimonio ad maritum ejúsque heredes redeunt.*vt in l.52.Taur.* resoluimus cum communi: Ergo ita in proposito est dicendum *secundum Alex.* vt quamvis munera donentur vxori etiam ad ornamentum capitis, non propterea sint sua, sed viri cujus vtilitatem concernere videntur: forte quia sibi opus fuisset de talibus ornamentis vxori prouidere: quæ Alexandri opinio aduersus precedentem limitationem Ang. placet Palat. Rub.*d §.45.n.9.& Rol.à Valle, d.consil.10.nu.11 ad fin.* Quid tenendum? Mihi opinio & restrictio Ang. verior & tenenda videtur, quia in dubio hac in specie ex conjectura mente donantis videtur esse vt vxori quæratur: nec quòd maritus concedendo ornamenta pretiosa vxori, vt ornatius incedat non videatur ex hoc ei donare, aliquid obstat limitationi Angeli, quoniam illud ideò procedit, quia marito incumbebat necessitas exhibendi & talia administrandi, ad quæ ipse secundum statum mulieris & communem consuetudinem patrię tenebatur, quia sine illis vxor in publicum absque pudore exire non poterat, & ideo non videtur ea donare, sed tantum ad vsum cōcedere, quia in necessitatibus nemo liberalis existit, & in terminis in marito tenet etiam decisio prædictæ Rotæ 1.n.11. At verò consanguinei vel amici mariti ad ea præstanda vxori illius minime tenentur, nisi ex vrbanitate vnde donare videntur ipsi vxori attento genere rei donatæ, & ex conjecturata mente ipsorum. Hęc tamen limitatio sublimitatur nisi consanguinei vel amici mariti ea præcipue donassent vxori, vt ipsius supplerent defectum mariti in hujuscemodi donulis & jocalibus, & ad coadjuuandum ipsius inopiam, & sic principaliter ad ipsius vtilitatem, hócque constaret etiam solis conjecturis, cum hoc casu fortior videatur hæc conjectura & presumptio in fauorem vxoris, & ita concordo præd. duas opiniones contrarias, saluo meliori judicio.

Sextò † & vltimo communis regula limitatur, vt 15 non procedat quoties cōsanguineus vel amicus mariti donans ejus vxori aliqua seruitia prius ab ea recepisset, vt quia magnam diligentiam adhibuisset in curando eum in ægritudine constitutum vel quid simile, & postea ille donauit ei aliquam rem, tūc enim res sic donata efficietur propria vxoris, & non viri, quia potius videtur data in compensationem atque remunerationem seruitiorum impensorum ab illa vxore, quam cōtemplatione consanguinitatis mariti, argum.text.*in l.si vero non remunerandi, §.idem Papinia. ff.mand.& gl.verb.postulas, in l.si donatione*, juncta communi opinioni doct.*C.de collat.* vbi quod præcedentibus meritis filij potius pręsumitur ei pater donare vt extraneo quam vt filio, ex quo textu quòd donatio præsumatur, quando pręcesserunt benemerita, tenet Bald. *in l.1.num.2. C. de iure dot. & alios plures referens Menoch de arbitr.iudic.lib.2.Centur.1.casu 88.nu.53.vbi n.54.* hoc extendit ex aliorum sententia, etiamsi donatum excedat valorem benemeritorum: & in terminis nostris ita tenet Palat Rub. *dict.§.45.n.13.& sequentibus*, vbi respondet ad textum qui videbatur huic limitationi contrarius, *vt in l.petitus 31.§.quæ tutoribus, ff.de excusat.tutor.* cujus in hoc sententia mihi placet.

n.2.q.17

SVMMARIA.

1 *Maritus an possit donare sine licentia vxoris constante matrimonio, de bonis eo durante acquisitis? late discutitur per totam quæstionem & tandem distinguitur.*

2 *Donandi potestas nunquam intelligitur data in mandato disponendi de re tanquam propria.*

3 *Potestas donandi non venit in generali & libera administratione tam à lege quam ab homine concessa, nisi specialiter concedatur.*

4 *Maritus non potest de bonis quæsitis constante matrimonio donationes excessiuas facere absque licentia vxoris, bene tamen potest aliqua moderate ex iusta caussa donare, vt in exemplis hic positis.*

5 *Marito licet donare aut remittere debitum alicui egentissimo, extremáque fortuna inopia laboranti.*

6 *Maritus solus non potest vni ex filijs communibus assignare meliorationem tertij & quinti in rebus constante matrimonio acquisitis, & facta procedit respectu suæ dimidiæ partis: idem est in maioratus constitutione.*

7 *Maritus non tenetur imputare in suam partem ea, quæ consumpsit constante matrimonio ludendo & meretricando, & in alios malos vsus ex bonis constante matrimonio acquisitis.*

8 *Maritus in conscientia non tenetur restituere vxori male consumpta, quamvis peccet male consumendo.*

L.5. tit.9. lib.5. Novæ Collect.

QVÆSTIO CXXI.

Quæro † circa l.5 tit.9.lib.5.Novæ Collect.in vers. *Otro si, el segundo*, disponentem, *que el marido pueda enagenar, durante el matrimonio si quisiere sin licentia ni otorgamiento de su muger, los bienes gananciales, que no fuessen castrenses ni quasi castrenses. Y el contrario de enagenamiento valga, saluo si fuere provado que se hizo cautelosa-*
1 *mente por defraudar, o dammificar a la muger: An eodem † modo maritus possit constante matrimonio donare de bonis communibus quæsitis eodem matrimonio durante?* Quæstio est satis controversa atque agitata inter nostrates & ideo brevibus eam perstringam.

Et ex litera ac generalitate legis videtur, quod maritus de præd. bonis cōmunibus constante matrimonio acquisitis possit donare eod matrimonio durāte: quia lex hæc permittit marito alienare pręd. bona. Ergo & donare, quia alienationis verbum generale est, & cōprehendit donationem, *vt in l.fi.C.de reb.alien.nō ali.& in authē.de nō alienād.§.alienationis, col.2.* Et in terminis stante simili lege, hoc tenet Chassan.in *consuet.Burg.in tit. Le mari constant le mariaje.verb.par donatione, & Boer. in consuet.Bitur. in tit.des costumes concernens mariajes, §.2.vers. Des dictes bienes & conquest.* & ante eos eandem tenuit Anch.*cons.101.n.3.* stantibus similibus leg. si dominium in mulierem non est translatum: Et hanc esse veritatem tenendam & sequendam in judicando & consulendo intrepide affirmat Ant.Gom.in *l.53. Taur.* n.73. vbi eam pluribus fundamentis comprobat & limitat in casibus, in quibus ex solo titulo vel contractu præsumitur dolus in alienatione, vt si esset donatio omnium bonorum vel alias ex alia caussa vel respectu: Roder. autem Suarez maximus practicus in re hac fluctuat in *d.l.For. De las ganancias, 8. limitat.* existimans tandem, quod si non esset mera donatio sed necessitate coactus maritus, vt est in caussa dotis possit donare, nec enim ita nimis restringēda videtur in marito auctoritas & potestas, cum tutores atq; ceteri administratores ex bonis alienis donare possint ea, quæ à dominis secundum eorum qualitatem & consuetudinem donari cōvenienter possunt atque solita sunt, *l filiusfam.ff.de administ.tut.* Ergo a fortiori id facere poterit maritus, qui rerum communium dominium & administrationem habet: & hæc prima opinio verior videtur Ayoræ *de part.2 part.q.41.n.46.*

2 Cōtrariam tamē † sentētiam, imo quod maritus non possit donare bona cōmunia acquisita constante matrimonio in præjudicium vxoris absq; ejus licentia & consensu probarunt rectius longe plures auctores, per text. in *l.creditor, §. Lucius ff mand.* vbi in mandato de disponendo de re tanquam propria non intelligitur data potestas donādi: licet alienare alias possit: quem tex. ad hoc allegat Petrus de Vbal.in *tract de dub.frat.*
3 *6.p.princ.q.6.n.7.versic.2 quia nemo.* Imo † in generali & libera administratione non venit potestas donandi nisi specialiter concedatur, *vt in l. ff de offic.procur.Cæsar.* quia donare est perdere, *vt in l filiusfam.ff.de donat. l.contra iuris, § fi.ff.de pact.* Et quod procurator reipubl. donare non possit, est text.in *l.1.§ olane, ff.quod vi aut clam*, quæ jura loquuntur in habentibus mandatum cum libera, tam à lege quam ab homine, vtroque enim casu facultas denegatur donandi, vt advertit Pinel.in *l.1.3.part.n.56. C.de bonis matern.* adversus Palat. Rub. male distinguentem in donatione mandatum legis à mandato hominis: Nam verius & receptius est in donatione non admitti, nec esse prædictam distinctionem faciendam, quidquid sit in alio genere alienationis. *vt post alios resolvit Matienc.in prꝫf.l.5.gl.6.* n.4. Nec obstat responsio supradictis juribus assignata per Ant.Gom.*vbi supr.* nempe quod loquatur quando in bonis alienis & patrimonio alterius esset concessa à jure vel ab homine alicui tertio libera & generalis administratio: secus tamen est in nostro casu & quæstione, in qua maritus de jure cōmuni habet propriam liberam & absolutam administrationem bonorum suorum: quia bene potest donare & ad libitum voluntatis de ijs disponere, hoc siquidem non tollit secundum fundamentum fortissimum hujus secundę opinionis: quandoquidem etsi maritus habeat in his bonis liberam administrationem, ita vt ea alienare possit absque fraude, negari non posset quin mulier habeat dimidietatem in suis bonis, atque dominium eiusdem partis: quare bona fide versari debet maritus in ijs alienationibus, vt in nostra l.ibi. *Saluo si se provare que lo hizo cautelosamente, &c.* Vnde donare non poterit. Nam si posset, non potest adesse cautela in donatione, cum maritus donādo suo jure vtatur à leg. permisso, ideo non de donatione est legis exceptio, cum in regula non esset comprehensa, sed tantum contractus venditionis vel alterius alienationis tit. oneroso, in quo fraus fieri potest *l. si quis donationis caussa, ff.de contrah.emt.* & si esset nomine tantum alienatio, effectu tandem donatio hęc talis dicitur fraudulenta venditio, *iuxta gl in l 1.§ si quis in fraudē ff.si quid in fraude patr.* Ideo enim lex permittit marito alienationē, quia cōfidit quod semper erit solicitus in acquirēdo, & ideo donare non poterit, sicq; nostra lex de contractu oneroso tantum intelligenda est: non autem de tit. lucrativo, eo quia venit ad confirmationem legis Styli, in qua solum promittebatur marito tit. venditionis alienare, licet hæc lex Ord. vtatur latiori vocabulo (hoc est *Enagenar*) intelligi debet secundum mētem & literā legis relatæ, id est tit. emtionis vel alterius onerosi cōtractus, non autem donationis, vt in terminis intelligit & deducit optime doct. Segura in *lib.de bonis lucratis constante matrimonio, col.15.vers.cum ergo est, & col.37.vers.restat nunc & sexto, & col.49.& 55 vers secundo dico quem refert & sequitur Tell. Fernand.in l.19.Taur.*n.6. Præterea ridiculum & sine effectu esset dicere, quod mulier habet medietatem acquisitorum cōstante matrimonio, si contractu oneroso & lucrativo maritus posset ea bona alienare: Raro namque mulier aliquid consequeretur, si omne dependeret à voluntate viri, sicque tot leges nostri Regni de hac re loquentes facile illuderentur, vxoresque suo labore ad nutum maritorum defraudari possent: quod minime est dicendum: Quinimo idem contingeret licet animus fraudandi vxorem marito deficeret, nempe cum donaret plura etsi non omnia vel majorem partem bonorum, ex quo fraus præsumi solet, *vt in l.omnes, §. Lucius, ff. quæ in fraud.credit.* nempe consanguineis amicis vel alijs egentibus vel caussæ piæ. Quare melius & verius hanc secundam partem tenuit Bald. *consil.235.incipit Statuto Tergesti cavetur, lib.2. Imol.in l.illa au em instructiones, col.2.ff.de hered.instituend. Palatius Rubeus in repetitione Rubric de donat.inter.§.66.*n.19.*& optime Tellus Fernand.in dict.l.19.Taur.*n.2.*& sequentibus, Avendan.in transitu respons.*20.n.8. *versicul.limitatio.3. Navar.in capit.28. additionum, ad Manual. in additione ad capit.17. Manual.*n.193. dum tenet, quod licet valeat donatio hæc, imputanda tamen est in parte ma-

riti pro exoneratione conſcientiæ ejus : ſequitur etiam allegans Doct. Quemada in *quæſt 6 fiſcal. fol.21.ad fi.& fol.11.Doct.Segur.vbi ſupra, Cifuent.in l.16. Taur.n.13.* ſequitur etiam Pelaez *de maior.1.part.quæſt.23.n.24. Didac. Perez in l.4.tit.4.lib.5. Ordinament. fol.170.col.2. & ſequenti.* Hanc etiam ſententiam late probat, & appellat communem, veram & receptiorem, Matienc. in *præſent.dict.gloſſ.6.n.3.& ſequent.præcipue*, n.10.& 14. qui n.4.refert Bernard. Diaz.& Simanc. idem tenentes.

Et tenendo hanc partem,non obſtat primum fundamentum contrarię,nempe noſtra l.dum concedit marito liberam adminiſtrationem horum bonorum,hoc namque à jure intelligitur, præterquam donando,*vt ſupra probatum eſt*.Non etiam obſtat quod alienationis verbum eſt generale,comprehendens donationem,vt in juribus ſupra allegatis:Illud namque procedit negative, *vt in d.iuribus*, nempe, quod qui non poteſt alienare, non poſſit donare : non vero affirmative, vt patet in *l filiuſfam.ff.de donat.* & ceteris juribus præcitatis ſimilibus. Quid tenendum?

4 Ego non† dubito,quin hęc ſecunda ſententia verior & receptior,atque tenenda ſit:eſt tamen temperanda quodammodo,nempe, vt intelligatur in donationib. exceſſivis,eiſque,quę abſque legitima cauſſa,atque in patrimonij communis diſpenſatione fiunt, quas ma-

5 ritus facere minime valeat. At vero† bene poterit maritus ex bonis multiplicatis aliqua moderate, atque ex juſta cauſſa donare, veluti filium communem abſque vxoris conſenſu dotare : quod ex *l.55.Taur.hodie l 8.infra eodem* deciſum eſt, & ex eiſdem filiæ communi alimenta præſtare, conſanguineis, amicis, famulis, medica, atque conſuetas largiri: & alia ſimilia facere, ex quibus fraus,vel diſſipatio præſumi non poſſit:Ita in terminis tenet Molin. qui referens prædictas duas opiniones contrarias, hac tertiam mediam eligit *lib. 1.de Hiſpan. primog.cap.10.n.66. & 67.* dicens hunc eſſe verum ac proprium *d.l. Ordinan.* hoc eſt noſtræ l. intellectum, illumque amplecti videtur, quamvis dubium Roder.Suar.*vbi ſupra*:quam opinionem,etſi non ita declaret,nec referat Doct.Molin.pro concordia,& conciliatione dictarum opinionum, ſequitur Burgos de Paz Iunior.*quæſt.9.n.23.* dicens,quod prior opinio procedat, quando donatio eſt parva, ſecunda vero, quando donatio eſt magnæ quantitatis & exceſſiva: Eandem in effectu ſequitur Matienc. in *præſenti gl.6. n.14.* dum limitat ſupradictam communem ſententiam, quando maritus donaret ad filias communes maritandas vel alimentandas, vel ad alias cauſſas neceſſarias, argumento text.in *d.l.filiuſfam.ff de donat.*ex ſententia Roder.Suar.*vbi ſupra*, quem refert,ex quo infert n.15. licere marito donare aut remittere debitum alicui egentiſſimo extrema egeſtate laboranti, ex ſententia gloſſ. in *l. omnis*, 1. *Cod. de annon. & trib. lib* 10. cum aliis à Padilla citatis in *l. praſes*, n.5. *Cod. de tranſ.* donare tamen cauſſa mortis non poterit vir de ijs bonis, *ſecundum Doct. Burg. de Paz diſt.quæſtio 9.* n.24.& præcedens concordia mihi plus placet quam altera tradita per Ayoram *vbi ſupra, numero quadrageſimo ſeptimo*, quæ in effectu eſt opinio quam tenuit Navar. *ſupra relata.*

6 Ex quibus † omnibus infertur veram eſſe ſententiam, atque reſolutionem Telli Fernandex in *d.l. 19. Taur.*n.7. dum tenet, maritum ſolum non poſſe aſſignare vni ex filijs communibus melioratione tertij vel quinti, in rebus conſtante matrimonio acquiſitis: Et quod aſſignatio ei facta, ſolum procedit reſpectu dimidiæ & ſic partis eius: ſed nec maioratū inſtituere poterit in perſona filij primogeniti cōmunis ex prædictis bonis multiplicatis, cum primogenij inſtitutio maximę quantitatis donatio vt plurimum eſſe ſoleat, vt hac ratione & alijs vrgentibus fundamentis hanc opinionem veriorem, atque probabiliorem ſibi videri affirmat D.Molin. *vbi ſupr.d.n.67.* reſpondens fundamentis in contrarium adductis : quorum duorum Hiſpan.ſententiam in hoc probo, & eam ſequitur Pelaez *de maior.1.part.q.23.n.10.& ſequentib.* & nouiſſime Angul.in *l.3.gl.4.n.1.& ſequentibus,vſque ad* n.17.*tit.6. hoc lib.5.*vbi n.13.reſoluit,nullum ex coniugibus poſſe meliorare vnum ex filijs, ex bonis quæſitis conſtante matrimonio, niſi pro ſua parte tantum. & quod aſſignatio pro melioratione in re quæſita conſtante matrimonio, valet in totum, etiam invita vxore, cui tamen præſtanda erit æſtimatio dimidiæ: quod probavit noviſſime Velazquez in *l.17.Taur gl* 4.n.5.loquens in prælegato ex eis de lucris,& Ayora.*vbi ſupra* n.49, in melioratione facta per contractum inter vivos ſine fraude, ſecus in melioratione facta in teſtamento vel vltima voluntate,quia tunc tantum valebit pro parte meliorantis, ſed indiſtincte tenenda eſt opinio Telli Fernand.& Molin.*vbi ſupra*, quod in præd.ſpecie melioratio tantum valeat reſpectu dimidiæ partis meliorantis, non vero in totum invito altero conjuge, *per ſupraad l.* Poſſunt tamen hæ opiniones ad concordiam reduci,nempe,vt illa Telli & Molinæ procedat, quando vxoris, ejuſq; heredum magis intereſſet habere ſuam partem in illis rebus cōſtante matrimonio acquiſitis,in quibus maritus filio communi melioratione tertij & quinti aſſignavit:nū: enim mero jure præd.aſſignatio, ex qua vxori præjudicium fieret ſi in totum valeret, ſolum procedet & valebit reſpectu dimidiæ partis quæ eſt mariti. non vero pro parte vxoris:Altera vero opinio,quę habet,in totum valere aſſignationem præd. & vxorem tantundem deducere poſſe ex ceteris bonis eodem matrimonio constante acquiſitis,tūc procedat,cum nihil magis interſit vxoris,nec ei aliquod prejudicium fiat,quod valeat in totum præd. aſſignatio, & tantundem deducat ex ceteris bonis, quam quod non valeat in ſolidum.

Si tamen maritus aliqua bona ſuperlucrata conſtante matrimonio eo durante conſumſit,ludendo,meretricando,vel in alios malos vſus cōvertendo : licet in puncto juris per ſupradict. teneatur ipſe maritus, vel ejus heredes in diviſione bonorum ſupradicta à ſe ſic cōſumta imputare in partem ſuam: quia ludere eſt lata culpa,*vt in l.pactum C.de collat.*& meretricari,eſt dolus,*vt in l.ſi vero,§.ſi adoleſcens.ff.mandat*,& de hoc damno nihil imputatur vxori, *argumento l.cum duobus*, §. *damna ff pro ſocio,vt tenet Montal.& eum referens Roder. Suar.in d.l.1.tit.De las ganancias,lib.4.For.*ipſe tamen ibi dicit contrarium ſervari in praxi,& nonnunquam ſe vidiſſe obtentum, fieri marito imputationem in ſimilibus,in partem ſuam:nec fiunt dictę conſiderationes, quando lucra dantur:alias infinitæ lites orirentur inter maritum & heredes vxoris,& e contra, præmaxime quod argumenta de ſocietate non procedunt in totum de viro ad vxorem, & eſſet nimis reſtringere adminiſtrationem mariti:is.Nec obſtat noſtra l.*de Nieva*,quæ nō permittit eis alienationem cauſſa fraudandi vxorem:quia hoc intelligitur, quādo ex propoſito hoc facit, ſed ludens, licet male faciat, non tamen id facit cauſſa fraudandi vxorem, imo cogitat lucrari: Hanc praxin, & ſententiam Roder.Suar.probat Ant. Gom.in *d.l.5.Taur.n.73.verſic. ex quibus infero, & Greg. Lop.in l.13.verb. Ganancias tit.18.part.5.* vbi dicit, etiam eſſe in practica hunc Stylum & conſuetudinem, *& Burg.de Paz quæſt.civil.8.n.13.& 29. & Baeca de decima tut.Hiſp.iure præſt.c.27.n.28.* Et ſic in conſcientia non tenetur vir reſtituere vxori hoc, quamvis ſic male conſumendo peccet, ſecundum Navar.in *Manual.*

cap.18 in addition.ad cap.17.num.123. & 193. licet Ayora *de partit.1.part.8.num.10.opin. Montal.* contrariam veriorem putet.

SVMMARIA.

1 *Vidua ſemel tantum ſtuprum committens, an amittat ſuam medietatem lucrorum? negatur.*

2 *Mulier dicitur luxurioſe viuere, quæ aut meretricio more viuit,aut prodigali luxuria bona propria diſſipat.*

Eadem l.5.

QVÆSTIO CXXII.

1 QVÆRO † ſecundo circa eandem l.5. ibi, *Y otro ſi manda y ordeno, que ſi la muger fincare biuda, y ſiendo biuda, viuiere luxurioſamente, que pierda los bienes que huuo por razon de ſu marido, de los bienes que fueron ganados, &c. An ſi huiuſmodi vidua ſemel ſtuprum commiſerit, amittat hac bona?* & partem affirmatiuam tenet doct. Couar.*in 4. de ſponſ.2.par.c.7.§.6.n.12.* dicens quod in iis Regnis Vidua vtcunque ſtuprum committens, amittit partem bonorum conſtante matrimonio acquiſitorum *per l.4.tit.4.lib.5.Ord. vet.quæ hodie eſt noſtra l.5.in d.verſ.ſupr.relata*:Idem ex eadem l.inuenio tenere Ant.Gom.*in l.13. Tau.nu.80.* Hæc autem opinio ex eo vera non videtur, quoniam lex noſtra tunc demum præd.bona amittere viduam expreſſe probat,quoties ea luxurioſe vixerit ante vel poſt annum luctus, non vero ſi ſemel ſtuprum vel adulterium commiſerit, vt eā optime intelligit aduerſus Cou.Coſt.*in rep.c.ſi pater, 1.p.in verſ.legauit.n.38 & 39 & plurib.ſeqq.pag.9.ad fin.de teſt.in ſext.*ex verbis noſtræ l.ibi,*viuiere luxurioſamente*, quæ ad eam,quæ ſemel ſtupri commiſit,adaptari minime poſſunt:ſed ad eam quæ fornicationis vitio fuerit aſſuefacta,per text.*in l. & mulieri,ff. de curat. fur. ibi, Ei mulieri quæ luxurioſe vixerit bonis interdici poteſt*: dicitur autē † mulier luxurioſe viuere, quę aut meretricio more viuit, aut prodigali luxuria bona propria diſſipat,*iuxta gloſſ.1.ibi quam l.vltra alios ibidem,& Aret.col. fin.Rip.n.16.& 17 in l.iis cui bonis,ff.de verb.oblig. Abb.col. fi.Dec.n.9.in cap.paſtoralis,de iudic. Anton. Auguſt. emend. lib.9.c.11.optime explicat. Arias Pin.in l. vlt. nu.21. C.de bon. matern.* Et ſententiam Acoſtæ ſuprad. & intellectum præfatum ad noſtram l. probauit aduerſus Couar.*vbi ſupr.*Matien.*in præſat.gl.8.n.7.*& eundem intellectum ſeniſſe videtur Palat.Rub.§.6.7.*in princ.de don. & idem Ant.Gom.l.14. Tau. nu 17.& Auiles in proœm. c. prætorum, nu.39.doct.Ant.de Padill. in l.fideicommiſſum, n.7.C.de fideicomm.*dum hanc noſtram l.allegāt ad hoc, quod ipſamet probat, nempe quod ſi vxor poſt mortem viri turpiter & luxurioſe viuat,amittit hæc bona ſuperlucrata durante matrimonio:Itaque non loquitur l.noſtra in vidua committēte ſtuprum,tunc enim ſufficeret,ſi ſemel id committeret,vt exiſtimabat Couar.& Antoñ.Gomez ſed in luxurioſe viuēte,ad quod verificandum requiritur pluralitas actuum, & ſic aſſuefactio & conſuetudo male viuendi : & ita probo hanc ſecundam ſententiam aduerſus priorem.

SVMMARIA.

1 *Vxor decedens abſque acceptatione ſue dimidietatis lucrorum conſtante matrimonio acquiſitorum,ea tranſmittit ad heredes.*

2 *Maritus per tranſitum ad ſecundas nuptias amittit eam partem dotis, quam ex ſtatuto mortua vxore lucratur.*

Eadem l.5.

QVÆSTIO CXXIII.

1 QVÆRO † *an vxor decedens abſque acceptione huius medietatis bonorum conſtante matrimonio quæſitorum eam transmittat ad heredes?* Et non transmiſſuram probat Pinel.*in l.1. part. numer.17.C.de bonis matern.*quoniam hæc bona durante matrimonio quæſita, non dicuntur lucrum, ſed communicatio mutua, nec eis congrue applicari poſſunt auctoritates doctorum de lucro nuptiali loquentium, quod vere non dicitur, vbi æqualiter vtrique conjugi conſulitur,vt in his bonis per leges Regias fit,& præcipue per eandem noſtram legem 5.*ibi: Por ſu marido y por ella.* Et quod hæc bona lucrum non dicantur, tenent plures relati per Matien.*infra in l.6. gl.1.n.2.*

Contrarium tamen in omnibus ſupradictis tenent atque probant Palat.Rub.*in repet. Rubr. de donat. inter virum & vxor.§.62.num.31. verſ. amplia 4. Segura in l. vnum ex famil.§. ſed ſi fundum, num.172. de legat.2.& Caſtillo in l.14.Taur.colum.3.Anton. Gomez in dict. l.33. Tau. n.penul.*ſequitur aduerſus Pinel.plures referēs Matienc. *in hac l.5.gloſſ.9.* dicens hanc eſſe veriorem & receptiorem ſententiam,& quod hoc iure vtimur,& quod nihilominus heres vxoris poterit lucris renuntiare *ſecun.Palat.Rub.in repet.Rubric.§.66.nu.3. verſic. predicta ſunt ſane intelligenda*:quod probat idem Matienc.*in l.9. infra eodem.gloſſ.1.nu.8.*Primum ſequitur etiam Burgos de Paz Iunior *quæſt.9.nu.25. & num.22.* refert Chaſſan. Palatius Rub. & Pinel. *vbi ſupra nu.36.* agentes de ſecundo,& nihil in eo decidit:ſed vtrumq; probo:nam hujuſmodi bona conſtante matrimonio acquiſita dicuntur lucra,vt probat expreſſe lex noſtra,ibi, *De los bienes que fueron ganados, &c.* & lex 6. ſtatim ſequens, ibi, *De ganancia*,& l.8. infra eodem,ibi : *Y del matrimonio huuiere bienes de ganancia, & iterum ibi, En lo que en las ganancias cupiere*, & in l.9.infra hoc tit.ibi, *Quando la muger renunciare las ganancias.* Et *l.10. & 11. in* Vnde licet quoad pœnalia & odioſa luerum non dicatur quia vtriuſque conjugis labore & induſtria acquiſita ſunt, & ſic titulo potius oneroſo quam lucratiuo, & ideo conjux ſuperſtes ſoluto matrimonio ea non amittat per tranſitum ad ſecunda vota,nec tenetur reſeruare filiis prioris matrimonij,*vt in l.14.Tau.hodie l. 6.infr.eod.* provt † amitteret eam partem dotis,quam ex 2 ſtatuto maritus mortua vxore lucraretur tranſeundo ad ſecundas nuptias : quia eam habuit prioris matrimonij occaſione abſque eius induſtria & labore,*vt tenet Bal. in Authen. vxori,& in Auth. ex teſtamento, nu.9. C.de ſecund.nupt.Palat.Rub.in repetition. Rub.§.5.c. nu.35.* teſtatur communem Ioann. de Gatro *in l. generaliter, nu.55.C.de ſecund.nupt.& Rip.in l.fœmina,num.43. & 45. C.eodem tit.Couar.in Quart.2.part.cap.3.§.9.num.7. & 8. Pinel.in l.1.part. nu.2.C.de bon. matern.* & hanc veram, communem & receptiorem opinionem plures referens appellat Matienc.*in l.6.infra eod.gloſſ.2.nu.3.*aduerſus eundem Bald.*in l.fin.C.de bon.mater.*& alios tenentes contrarium,quos prius retulerat eadem *gloſſ.2.n.1.* quamvis dictum Bald. *in dict. l.fin.* verius eſſe credat in puncto iuris Gregor.Lop. *in l.26. in gloſſ. atrhas, in fin. tit.13.part.5.* tamen quoad fauorabilia negari non poteſt quin lucrum dicatur,præſertim cum hæc communicatio iure communi non fiebat inter coniuges, *vt dictum eſt ſupra,quæſt.118.num 6.* Ideoque merito vt hæc bona abſque agnitione tanquam lucrum tranſmittat mulier ad heredes cum eadem facultate,quam ipſa habebat in vite ſua, nempe agnoſcendi vel renuntiandi prædicta bona, provt contingit in omnibus caſibus,in quibus hereditas non agnita ad heredes tranſmittitur:Ita Matienc.*vbi ſupr.*

SVMMARIA.

1 *Legatum à marito vxori factum, an computetur cum arrhis ab eodem eidem promiſſis:& numeris ſequent. reſoluitur negatiue.*

2 *Legatum factum ab vxore viro computatur in ea portione dotis, quam debet maritus lucrari ex forma statuti.*

3 *Legatum à marito vxori factum, absque dubio non compensatur cum arrhis eidem promissis iam solutis.*

L.16. Taur. hodie l.7.tit.9.lib.5.

QVÆSTIO CXXIV.

1 QVÆRO † *an legatum à marito vxori factum compensetur cum arrhis à marito eidem vxori promissis?* Et quod in eis imputetur præstat argumentum text. *in Authentic. præterea, C. vnde vir & vxor*, ex quo textu inquit Bart. *in l. si cum dotem, §. si pater, ff. soluto matrimonio*, quod legatum † factum ab vxore viro computatur in ea portione dotis quam debet maritus lucrari ex forma statuti: quam Bart. sententiam aduersus Bald. *in dict. Authentic. præterea*, latissime probauit & dicit communionem Roderic. Suar. *in l. 1. tit. 2. De las arras, lib. 3. For. versic. sed pone quæstionem*, vbi ex ea idem tenet in nostra quæstione, nempe, quod legatum à marito vxori factum imputetur eidem in arrhis: quia à lege ei deferuntur, sicque est debitum necessarium. Ergo imputatur, *vt in dict. Authentic. præterea*. Et prædict. doctr. Bar. testatur magis communem & sequitur plures citans Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib. 10. titul. 2. num. 7.*

2 Sed contrarium in terminis nostræ quæstionis est tenendum, imo quod legatum à viro vxori factum nõ computetur in arrhis ab eodem eidem promissis, quia debitum arrharum non est necessarii à lege inductũ, sed potius voluntarium, originem suam primæuam trahens à conuentione partium, & à promissione mariti voluntaria: quia ipse alias inuitus non compellitur dare arrhas vxori, *secundum gloss. in Authent. sed quæ nihil, C. de pact. conuentis, Tellus Fernandez in l. 16. Taur. nu. 8.* Vnde vxor non eas acquirit ex legis dispositione, sed ex donatione sibi facta à viro in præmium pudicitiæ virginalis aut vidualis: quam promissionem lex Regia approbat: non vero ea lucrum defert: ita in terminis aduersus Roderic. Suarez tenet Couarruuias *in cap. officij, num. 4. de testamen. referens Montal. & Palat. Rub. idem tenentes, idem sequitur Tell. Fernand. vbi supra & nouissime Matienc. in present. gloss. 1. num. 8. & nouissime etiam Angul. in l. 12. gloss. 1. num. 36. tit. 5. hoc libr. 5.* quod absque vllo dubio procedet à fortiori, si arrhæ sunt traditæ vxori tempore legati, tunc siquidem non oportet quærere de compensatione: cum in hoc casu arrhæ non debeantur à marito, sed sint apud ipsam vxorem *secundum Palat. Rub. in repetitione Rubric. de donat. inter vir. & vxor. §. 17. ad fin.* quem sequitur Couar. *vbi supr. pro quo facit nostra l. 7.* Nam ideo in casu ipsius legatum non computatur in partem lucrorum quæsitorum constante matrimonio vxori iure Regio competentem: quoniam pars illa ita ipso iure à lege vxori defertur, vt ei statim acquiratur, nec dicitur debita à marito, sed propria ipsius vxoris: quo fit, quod cum tempore, quo maritus legat vxori, non sit illius partis dimidiæ debitor, merito vt non computetur tale legatum in præd. parte, vt deducit optime ex nostra l. *Couarr. vbi supr. nu. 5.* Quotiescunque enim debitum fuit solutum tempore testamenti, & sic eo tempore fuit tradita res debita, non fit vllo modo compensatio *secundum Angel. in dict. authen. præterea, Alexand. in d. §. si pater, nu. 6. Tell. Fernand. vbi sup. nu. 3. & Matien. in præsenti, dict. gloss. 1. n. 3.*

Non obstat † modo dicta Authen. *præterea*, & doct.
3 Bart. communior *in dict. §. si pater*, quia loquuntur in lucro dotis, quando lege solum defertur: vxor etenim non dat dotem, vt ea marito acquiratur: *ita Couarr. vbi supra dict. num. 4.* Nec contra rationem supra relatam ad nostram legem ex Couar. *vbi supra, num. 5.* Obstat impugnatio nouissimi Velazq. quæ in *dict. lib. 16. Taur. gloss. 1. num. 11.* Nam quamvis maritus constante matrimonio habeat administrationem bonorum superlucratorum eo durante, non vero vxor, nihilominus proprie debitor vxoris dimidietatis eorum dici non potest cum eadem vxor sit domina ipsorum, & statim quod acquiruntur, transeat in eam dominium & possessio suæ medietatis ipso iure absque aliqua traditione, *vt late resoluimus supra hoc lib. quæst. 118. num. 4. cum sequent.* Quare verior est & mihi magis placet prædicta ratio Couar. ad nostram legem 16. quia altera nouissima assignata eidem per Velazquez *vbi supra*, quæ ex eo, meo iudicio procedere non valet, quod tempus mortis mariti exspectandum non sit, ad sciendum an legauerit vxori animo compensandi, nec-ne, sed tempus legati, vt patet quia tunc potest habere animum vel non habere: secus post mortem.

SVMMARIA.

1 *Dispositio l. 53. Taur. quæ hodie est l. 8. tit. 9. lib. 5. Noua Collectionis procedit etiam quando pater soluto matrimonio, filio aut filiæ communi ex eodem matrimonio donationem propter nuptias, vel dotem dederit vel promiserit.*

2 *Onus dotandi transit cum bonis ex quibus dos constitui debet.*

L. 53. Taur. hodie l. 8. tit. 9. lib. 5. Nou. Collect. Regiæ.

QVÆSTIO CXXV.

QVÆRO † circa l. 53. Taur. vers. *Pero si el padre solo*, hodie l. 8. titul. 9. lib. 5. Nou. Collect. probantem, *Que si el padre solo durante el matrimonio dota, o haze donacion propter nuptias, à algun hijo comun e del tal matrimonio huuiere bienes de ganancia, de aquello se pague en lo que las ganancias cupiere, &c. An huius legis decisio procedat etiam quando pater soluto matrimonio filio aut filiæ communi ex eodem matrimonio donationem propter nuptias vel dotem dederit vel promiserit?* In quo doctor del Castillo in hac l. 53. *Tau in gloss. durante*, tenet quod non, imo quod tunc filia debeat dotari de bonis patris, etiamsi ipsa habeat vnde possit dotari, *vt in l. final. C. de dot. promiss. cum similibus*, quæ hoc casu remanent incorrectæ: quia lex nostra Regia loquitur, quando pater dotat constante matrimonio: ergo secus est, si soluto matrimonio id fiat: sumto argumento à contrario sensu, quod validum est in jure, *vt in l. 1. §. huius rei ff. de offic. eius, &c.* Præterea soluto matrimonio ista bona iam non dicuntur communia nec multiplicata, sed materna & propria filiæ per obitum matris, *argumen. l. sed si plures, §. si filio impuberi, ff. de vulgar. & pupill.* quibus fundamentis eandem sententiam Castelli probauit & Ant. Gom. *hic num. 24.*

Sed his non obstantibus, contraria sententia verior & magis communis, atque in iudicando & consulẽdo tenenda est, vt sicut per nostrã legem in verbis supra relatis, si pater solus constante matrimonio promittat vel det donationem propter nuptias, vel dotem filio vel filiæ communi eiusdẽ matrimonij, soluenda sit ex bonis superlucratis eodẽ matrimonio, si quæ exsistẽt, alias de bonis ipsius patris: Ita etiam & eodem modo fiat idemque seruetur, si pater soluto matrimonio eandem dotem vel donationem propter nuptias constituerit vel fecerit filio vel filiæ communi, nempe, vt deducatur ex bonis superlucratis in eodẽ matrimonio, si supersint, alias de bonis eiusdem patris dotantis. Et hoc eadem ratione nostræ legis Regiæ, quæ onus respexit ipsius societatis conjugalis: Processit enim hoc onus dotandi filiam communem & constituendi donationem propter nuptias filio ab ipso matrimonio, quo constante filij fuerunt progeniti, quamobrem prędotis vel donationis propter nuptias datio sive constitutio, quædam est solutio debiti legalis contracti quidem cõstanti matrimonio, ejusque caussa: ergo solvendum est ex bonis eo constante acquisitis, *vt in l. 60. Taur. hodie l. 9. infra eod. l. 14. tit. 20. libr. 3. For. l. 107 Styli, cum similib.* Qua ratione hanc secũdam sententiam adversus Castellum vbi supra rectius probavit Covar. *lib. 1. Variar. c. 19. n. 3.* dicens hoc in praxi frequentiori judicum suffragio receptum esse, referens Greg. Lop. qui post illius operis primam editionem in *l. 6. tit. 10. part. 5. gloss. magn.* hanc opinionem adversus Castel. probavit: Eandem denique sententiam, late rem agens ad vtramque partem existimans ambiguam, sequutus est Bacc. *de non meliorand. ratio. dot. filiab. c. 11. n. 111.* cum tamen articuli examinationem inceperit à n. 95. & finierit n. 115 inclusive, & huic opinioni adhęret tanquam, veriori & receptiori, Matien. in *l. 3. in gl. 7. n. 9. supra hoc tit.*

Non obstat modo primum fundamentum Castell. quoniam quando ratio legis est generalior lege, vt contingit in proposito, licet eam extendere ad casus vbi eadem ratio militat, etiã in correctorijs, juxta tradita per doct. in *Authen. quas actiones, C. de sacrosanct. eccles.* sed sicut inter socios lucra sunt communia, ita & onera, licet solvantur soluta jam societate, *vt in l. omne es alienum, & in l. nequicquam, ff. pro soc. l. 7. tit. 10 part. 5.*

Pręterea onus dotandi transit cum bonis, ex quibus dos constitui debet, *secundum Bart. & Paul. in l. si maritus, §. si voluntate, ff. solut. matrim. & alios plures quos refert & seq. Baec. vbi supr. n. 109.* Ergo cum eadem ratio & obligatio militet & adsit soluto matrimonio, quæ eo durante, merito vt idem jus vtroq; casu statuendum sit, *argum. l. illud, cum simil. ff. ad l. Aquil.* Non obstat quod soluto matrimonio bona non dicuntur jam multiplicata, sed propria filię: Nam quamvis hoc verum sit, nihil ad rem, cum transeant cum illo onere & qualitate, vt ex eis solvenda sint debita matrimonio constante nata vel contracta, sicut est dos, vt prædixi: Nec obstat *l. si. C. de dotis promiss. cum similib.* probantes, quod pater videtur dotare filium de proprio matrimonio, vt tenetur, quoniam illud est limitandum quando supersunt bona multiplicata durante matrimonio: tunc enim de illis solvenda est dos, per nostram l. quæ juxta ipsius generalem & communem vtrique casui rationem procedit & habet locum, sive promissio fiat matrimonio constante, sive eo soluto, ex supradictis.

SVMMARIA.

1 *Mulier an possit renuntiare bonis quæsitis vel quærendis constante matrimonio: & sic an valeat pactum super hoc, tam generale quam speciale cum marito factum: quod valeat.*

2 *Pactum prædict. si fiat à solo patre, etiam filia præsente & tacente, ei non nocebit, nisi expresse consentiat.*

3 *Renuntiatio prad. lucrorum facta ab vxoribus vel ipsarum heredibus, soluto matrimonio valet sine dubio.*

4 *Praxis compellendi vxorem vel ipsius heredes vt acceptent partem lucrorum ad se iure Regio pertinentem vel repudient.*

5 *Pactum ab vxore factum constante matrimonio, quo renuntiat omnibus quæsitis & quærendis, valet: & idem si fiat certæ alicuius rei.*

L.60. Taur. hodie l.9.

QVÆSTIO CXXVI.

QVÆRO † *an mulier possit renuntiare lucris quæsitis vel quærendis constante matrimonio, & sic an valeat pactum super hoc, tam generale quam speciale cum marito factum, nempe dicendo se nolle partem fundi empti à marito constante matrimonio vel partem conductionis vectigalium vel similium?* Et videtur indistincte quod valeat tale pactum vel renuntiatio, sive fiat ante matrimonium, sive eo durante, sive post, *ex l. 66. Taur. que hodie est l. 9. tit. 9. lib. 5. Nova Recop.* quæ ita se habet: *Quando la muger renunciare las ganancias, no sea obligada a pagar algo de las deudas que el marido huuiere hecho durante el matrimonio.* Ecce legem generaliter approbantem renuntiationem mulieris horum lucrorum: Ergo generaliter debet intelligi, quocunque tempore id pactum sive renuntiatio fiat, sive ante matrimonium, quando agitur de eo contrahendo: sive eo durante, sive post: provt intelligit Ant. Gom. in *hac l. 60. Taur. n. 1.* quod etiam de jure probavit Palat. Rub. in *repet. rubric. de donat. inter, §. 63. n. 1. & 2.* vbi etiam loquitur, quando fit renuntiatio vel pactum hujusmodi sive protestatio, tempore quo lucrum est proventurum ex negotiatione alterius conjugis, idem in *d. l. 60. Taur. n. 3. cum sequent.* vbi limitat quando dolus adest, & optime Roder. Suar. in *l. 1. For. tit. De las ganancias, lib. 3.* vbi ad hoc inter alia allegat gl. Bernard. in *cap. 2. de donat. inter in vers. si non est aliud*, & Ioan. Fab. in *Rub. instit. de nupt.* & est optima decisio Rotæ in *antiquis, 842. & 2. in antiquioribus. tit. de pact.* conducit *l. 223. Styli.* sequitur etiam plures referens Covar. in *Quarto, 2. p. c. 7. §. 1. n. 11.* vbi etiam tenet, posse alterum ex conjugibus matrimonio constante lucris jam quæsitis renuntiare: Eandem sententiam sequuntur plures relati per Burg. de Paz *quæst. civil. 9. n. 9.* vbi hoc ampliat ex eisdem, vt nulla requiratur quoad ejus validitatem licentia mariti: quia mariti consensus hoc casu habetur pro licentia *secundum Palat. Rub. in repet. dict. Rubr. §. 47. n. 13. in fi. Burg. de Paz cons. 2. n. 96. & alios quos ibi refert*: Eandem partem principalem sequitur Didac. Perez in *l. 4. tit. 4. lib. 5. Ordinam. fol. 169. col. 1.* & supradicta omnia late probat, etiam alios referens Matienc. in *present. gloss. 1. n. 1. & sequentibus.* Et de pacto speciali supradict. quod valeat late probat idem Palat. Rub. *vbi supra n. 13 & sequentibus, post Nicol. de Vbald. de success. ab intestato, 4. part. in fi.* Supradict. tamen respectu pacti vel renuntiationis generalis ante matrimonium cõtracti, quod valeant absque dubio procedere videtur, cum tunc nihil sit quod impediat, cum nondum sint vir & vxor, & per hoc pactum & renuntiationem reducamur ad jus commune, quo attento inter virum & vxorem non fiebat dicta communicatio lucrorum, *vt late disserit Matienc. in l. 2. gl. 1. n. 2. supra eod. tit.* Nec in hoc casu, scilicet de pacto vel renuntiatione hujusmodi ante matrimonium contractum factis tempore, quo agitur de ipso matrimonio contrahendo, invenio contradicentem, quamvis in eo proprie non loquatur nostra lex vt patet ex ea, ibi: *No sea obligada a pagar parte alguna de las deudas que el marido vuiere fecho durante el matrimonio.* Cum ergo lex nostra agens de prædicta renuntiatione lucrorum, loquatur de debitis jam contractis durante matrimonio, manifestum fit, quod renuntiatio lucrorum fuit facta postea, non vero ante matrimonium: Nam si loqueretur de renuntiatione ante matrimonium facta, non diceret, *De las deudas que el marido vuiere fecho*, sed *De las deudas que el marido hiziere constante el matrimonio.* Hoc enim † pactum solet communiter fieri, quoties maritus est dives mercator forte vel industriosus, & vxor pauper: quod si fiat à solo patre, etiam filia præsente vel tacente, ipsi non nocebit, nisi expresse eidem pacto filia consentiat, secundum Palat. Rub. in *d. §. 63. n. 1.* Præterea † qui renun-

tiatio prędictorum lucrorum facta ab vxore vel ipsius heredibus soluto jam matrimonio, procedit sine dubio: cum tunc etiam temporis nihil fit quod ei obsit, quia in hoc casu propriè loquitur nostra l.6. approbans prædictam renuntiationem ab vxore factam, vt constat ex verbis supra proxime relatis, quorum verus sensus & mens videtur esse, quod renuntiatio facta fuerit soluto matrimonio: quandoquidem loquitur de lucris & sic de tempore præterito, provt hanc leg. intelligit Palat. Rub. *vbi supr. §. 65. nu. 2 & Burg de Paz d. quæst. 9. nu. 10. & num. 12. post Curt. Sen. cons. 43. super*
4 *contingentia per totum*, quem refert & tenet, quod vidua non admittatur contra talem renuntiationem lucrorum, etiam data enormissima læsione vel ratione minoris ætatis: Et merito tenendus est iste intellectus ad nostram legem, quia is casus frequentius accidit, & ad ea quæ frequentius accidunt, jura adaptantur, *vt in l. natu ad ea, ff. de leg. b.* quia ad instantiam mariti vel ejus heredem seu creditorum moneri debet tunc mulier vel ejus heres, vt acceptet vel repudiet prędicta bona, eique tempus certum ad id à judice assignandum est, (puta decem dierum) intra quod ea acceptet vel repudiet: alioquin habebitur pro repudiante, si hoc est sibi deterius, *iuxta notata in l. final. §. sin autem, C. de iur. delib. cum similib.* vt in praxi deduxit idem Palat. Rubeus *in Repet. d. Rubr. §. 66. n. 3.* quem sequitur Matien. *in præsent. gl. 1. nu 8. & 9.* Post acceptationem autem, vel repudiationem ab ea factam non poterit pœnitere, *vt per eosdem vbi supra.*

5 Remanet † nunc disputandus tertius casus à supradictis doctoribus traditus, nempe in renuntiatione vel pacto generali horum lucrorum omnium bonorum quærendorum vel jam quæsitorum, vel particulari certæ alicujus rei vectigalis vel negotiationis cõstante matrimonio factis: in quo præfati auctores idem tenent nempe vt valeat, quia ex eo vxor non fit pauperior, nec minuit patrimonium suum, licet propter eam renuntiationem vel desinat partim fieri ditior, *arg. l. si sponsus, §. si maritus, ff. de donat. inter vir. & vxorem, & ibi doctores l. 5. tit. 11. part. 4.* Nec obstat quod in vxorem transeat dominium & possessio suæ medietatis bonorum acquisitorum constante matrimonio ipso jure, *vt supra quæst. 18. resolvimus.* Atque proinde videbatur minime valere prædict. renuntiationem: quoniam, *vt ibidem diximus*, non vere sed ficte & revocabiliter acquiritur vxori prędictum dominium matrimonio constante. Hunc etiam casum probare videtur nostra lex nona Regia in sua generalitate, dum loquitur de renuntiatione lucrorum constante matrimonio jam quæsitorum: nam ita potest intelligi, quod renuntiatio fuit facta constante matrimonio lucris jam acquisitis, sicut eo soluto.

Adhuc tamen dura videtur hæc conclusio, nempe quod mulier matrimonio constante possit renuntiare lucris jam quæsitis: quærendis transeat, quæsitis vero dubium facit. Nam matrimonium importunitate, precibus & nonnunquam minis attrahet vxorem, vt hanc renuntiationem in suum favorem facit, quæ ob metum reverentialem sæpe ac sæpius, & vt morem gerat marito, & ne sævitia vtatur adversus eam, facile consentiet petitioni viri sui, remanebitque graviter & nonnunquam enormissime læsa atque damnificata, suóque jure & dominio defraudata: at læsio enormis juncta metui reverentiali sufficiens est ad rescindendum contractum in favorem mariti celebratum, juxta communem resolutionem doctorum à me traditam *in meo tractatu de Iuramento Confirmatorio, 1. part. cap. 1. n. 16. & in repetitione Authent. sacramenta puberum, n. 93. & sequentib. C. si adverf. vendit.* Quinimo quinque fundamentis contrarium tanquam verius probavit Greg. Lop. *in d. l. 5. tit. 11. partit. 4. in gl. Otra manera. Burg. de Paz d. quæst. 9. nu. 10.* Et quod prædicta renuntiatio generalis lucrorum etiam quærendorum ab vxore facta constante matrimonio non valeat, & idem prædicto pacto speciali vel renuntiatione certæ alicujus rei vel negotiationis quod non valeat, & eo non obstante posit mulier petere suam medietatem, late probat Mench. *lib. 1. Controverf. vsufrcq. 2. 13. n. 6.*

Sed nihilominus præcedens sententia affirmativa verior videtur, & tenenda cum Palat. Rub. & Nicol. de Vbal. *& cæteris supra allegatis*, vt contra Greg. Lop. existimavit Matienc. *vbi supr. & iterum l. secund gl. 1. nu 60. hoc tit. 9.* & contra Mench. *vbi supra*, cum allegans videtur etiam tenere Pelaez *de maiorat. 4. part. principal. quæst. 21. n. 60. & 61. fol. 497.* Fundamenta enim Gregorij in contrarium adducta non concludunt, nec multum vrgent & nostra lex Regia satis probat priorem opinionem affirmativam, vt prædixi. Nec obstat consideratio prima supra à me facta in favorem vxoris, illa siquidem magis procedere videtur respectu rerum dotalium, quarum cum effectu & irrevocabiliter est domina vxor jure communi & gentium: At vero in his lucris consuetudine tantum, & legibus hujus Regni communibus viro & vxori, debilius jus habet vxor, atque matrimonio constante revocabile: Quare facilius ab ea abdicatur, præcipue cum per hanc renuntiationem reducamur ad terminos juris communis: Quo attento, *vt modo dicebamus* mulieri præd. bona non communicantur.

SVMMARIA.

1 *Renuntiatio lucrorum constante matrimonio facta, an præiudicet creditoribus renuntiantis, per totam quæstionem distinguitur.*

2 *Maritus potest omittere & renuntiare lucrum dotis sibi à lege municipali delatum in præiudicium creditorum.*

3 *Debita contracta constante matrimonio, sunt solvenda ex bonis eodem matrimonio durante acquisitis.*

4 *Filia carens descendentibus, non potest in fraudem disponere de bonis quæsitis constante matrimonio in præiudicium patris, bene tamen poterit à principio fraude cessante renuntiare lucris futuris.*

5 *Mulier constante matrimonio potest renuntiare bonis eo durante acquisitis in favorem mariti in præiudicium parentum vel filiorum, nisi fiat in fraudem legitimæ, vel nisi fuerint iam acquisita & incorporata in societate matrimonij.*

6 *Maritus in præiudicium fisci, cui bona postea deferuntur, non potest renuntiare bonis acquisitis constante matrimonio in patrimonio iam incorporatis.*

Eadem l. 60. Taur.

QVÆSTIO CXXVII.

QVæro † primo, *an hæc renunciatio lucrorum constante* 1
matrimonio fieri possit ab aliquo ex coniugibus etiamsi repudians creditores habeat? Et fieri hoc casu posse præstat argumentum *l. quæ autem, ff. quæ in fraud. cred.* vbi probatur, posse debitorem in præjudicium suorum creditorum renuntiare hereditatem vel legatum sibi delatum, quia ex hoc non minuit suum patrimonium, sed definit acquirere: ex quo textu plurima in proposito refert, & de ejus intellectu late agit Tell. Fernandez *in l. 4. Taur. num. 52. & sequentibus*, sed & eum textum late induxi in favorem hujus partis, licet in alio proposito *in capitul. quamvis pactum, in princ. num. 20. & sequentibus, de pactis in 6.* Ergo ita & eodem modo conjux habens creditores poterit prædicta bona repudiare, nec ipsi poterunt conqueri, asserentes per

per fraudem bona illa fuisse renuntiata: cum is, qui repudiat, nihil ex proprijs bonis sibi jam perfecte acqui-
2 sitis dimittat, nec ex † ejus repudiatione alter quidquam consequatur, sed eo tendit hæc renuntiatio, ne renuntians acquirat, provt respondit Philipp. Decius *cõs. 250. n. 1. & seqq.* in lucro dotis, quod viro leg. municipali defertur, vt id omittere possit, & valeat omissio atque renuntiatio in præjudicium creditorum viri, quod & idem probat Decius *in l. 1. n. 18. C. de secund. nuptijs & Phan de lucro dotis gl. 8. n. 20.* Quibus fundamentis hanc opin. in terminis nostræ quæstionis probat Covar. *in Quarto, 2. part. cap. 7. §. 1. n. 12.* eamque sequitur in vidua renuntiante, vt ejus creditores non admittantur ad revocandam hujusmodi renuntiationem lucrorum, doct. Burg. de Paz *q. civil. 9. n. 12. ad fi.*

3 Sed contra † hanc sententiam fortiter vrget, quod debita contracta constante matrimonio sunt solvẽda ex bonis superlucratis eodem matrimonio durãte, vt in nostra leg. à contrario sensu, dum probat quod mulier renuntians prædictis lucris non teneatur solvere debita: ergo ea nõ renuntiante, solvere tenetur debita durante matrimonio contracta, & quod prædicta debita solvenda sint ex dict. bonis superlucratis constãte matrimonio, probat *l. 105. Styl. & l. 14. tit. 10. lib. 3. For.* & ita praxis admisit: Cum igitur debita prædict. solvẽda sint ex dictis bonis, videtur quod renuntiatio de qua agimus, nullo modo nocere possit creditorib, saltem respectu bonorum jam quæsitorum tempore renuntiationis, quandoquidem alter conjux, cui bona deferuntur, tenetur ad debitorum omnium satisfactionẽ: Procedet igitur præcedens opinio respectu quærendorum, non vero jam quæsitorum, in quibus renuntiatio prædicta minime valebit in præjudicium creditorum, provt existimavit Matienc. *hic, d. gl. 1. n 6.*

4 Ex quo † infertur, quod filia carens descendentibus bonis acquisitis constante matrimonio inter ipsam & maritum, non poterit renũtiare vel aliter in fraudem donare vel vendere in præjudicium patris, cui est jus quæsitum, bene tamen poterit fraude cessante à principio renuntiare lucris futuris, vt in his terminis resolvit Palat. Rubeus *in repetit. rubr. de don. inter. §. 65. n. 6.* idem expresse sequitur Pelaez *de maiorat. 4. part. princ.*
5 *quæst. 21. n. 60.* dicẽs quod † poterit mulier nupta renũtiare bonis cõstante matrimonio acquisitis in fauorẽ mariti in præjudicium parentum vel filiorum, quibus legitima debetur, nisi bona jam acquisita & incorporata in societate matrimonij fuerint, & nisi renuntiatio facta fuerit in fraudem legitimæ, quæ parentibus
6 debetur, *& n. 61.* idem tenet in marito, quod is in præjudicium fisci, cui bona postea deferuntur, non possit si renuntiare bonis constante matrimonio superlucratis, quæ in patrimonio jam sunt delata & incorporata, & quod diversum est vbi maritus renuntiat in favorem mulieris talia bona, antequam acquisita & incorporata sint. Conferunt etiam quæ aliis late adduxi *in d. cap. quamvis pactum, in princ. n. 19. & pluribus sequentibus præcipue nu. 24. & in § fin. de heredum qual. & diff. n. 95.* idem in terminis late probat Ayora *de partit. in 4. specie partit. ad finem libri, pag. 191. ibi: Quanto à la primera, & fol. 193. ibi, nec his obstat.*

SVMMARIA.

1 *Mulier, an teneatur soluere partem debiti fideiussionis, quam maritus fecit constante matrimonio si velit partem lucrorum: per totam quæstionem resolvitur non teneri.*

2 *Omnia damna & lucra constante matrimonio provenientia debent esse communia inter maritum & vxorem.*

3 *Vxor non tenetur ex fideiussione mariti.*

4 *Stante statuto, vt ex contractibus vnius socij reliqui teneantur, ad fideiussionem id statutum non porrigitur.*

5 *Maritus potest dotare filiam suam priorie matrimonij ex bonis constante secundo matrimonio acquisitis: quod si id faciat, mulier recipiet tantundem ex eisdem bonis, quibus deficientibus, ex bonis proprijs mariti mulieri supplendum est.*

Eadem l. 60. Taur.

QVÆSTIO CXXVIII.

QVæro † vlterius, *an mulier teneatur soluere partem n.* 1
debiti fideiussionis quam maritus fecit constante matrimonio, si velit partem lucrorum? Et videtur eam teneri, quoniam debitum hoc est contractum constante matrimonio: ad debita autem constante matrimonio contracta tenetur mulier, si lucris non renuntiaverit, *vt in hac l.* Ergo tenebitur ad solutionem dimidiæ partis debiti fidejussionis mariti.

Secundo, † quia cum maritus constante matrimonio 2
sit legitimus administrator omnium lucrorum, eo constante acquisitorum, adeo vt & alienare possit absque fraude & cautela, *vt in l. 5. supr. eod.* si fidejussor sit & solvit pro alio, merito deducendum est, quod ex præd. caussa fidejussionis solutum fuit de bonis communibus mariti & vxoris durante matrimonio acquisitis, cum possit & alienare bona fide. At cum quis fidejubet pro alio, non facit in fraudem sed potius vt subveniat proximo, quinimo est opus pietatis & charitatis fidejubere pro alio, vt colligitur ex à me traditis *in tractat. de iuram. Confirm. 1. p. c. 71. n. 5.*

Tertio, quia † omnia damna & lucra constante ma- 3
trimonio provenientia, debent esse cõmunia inter virum & vxorem. *argum. l. eum duobus, §. quidam sagariam, ff. pro soc. l. omne as alienum, & in l. 3. supra eodem tit. c. ibi: Ca assi como la costa es cumunal de ambos, lo que assi granar en sea cumunal de ambos.* Igitur damnum contingens ex hac fidejussione bona fide contracta commune esse debet. Nec obstat quod nullum lucrum consequi poterat societati ex hujusmodi fidejussione, & ideo nec damnum quod ex ea provenit solvendum videtur ex prædictis bonis communibus durante matrimonio acquisitis: nam respondeo lucrum ex fidejussione consequi posse, nempe quod ille pro quo maritus fidejussit tantundem reddet ei, quoties opus fuerit, sicque statim maritus lucratur voluntatem illius, vt postea sit ei gratus, vt benefacere ei teneatur naturali quadam obligatione, quam ad antidoram vocant, *vt in l. sed & si lege, §. consulit. cum simil. ff. de petitio hered.* sicque prodesse poterit viro & vxori durante eodem matrimonio intercedendo pro eis in re eidem societati admodum præstabili.

Quarto, quia si diceremus esset ad modum restringere potestatem mariti, cum eadem ratione, *vt supr. resolvimus q. 120. nu. 4.* possit donare modice consanguineis & alijs egentibus.

In contrario tamen facit, quia sicut vxor ad debita contracta ante matrimoniũ non tenetur, *vt in l. 14. vers. Esiantes, tit. 10. lib. 3. For.* Ita etiam videtur quod non teneatur solvere partem debiti ex fidejussione mariti contracti ex bonis constanti matrimonio acquisitis, cum nullum ex fidejussione lucrum cõsequi possit inter eum & vxorem communicandum: Quinimo plerumq; damnum, vt experientia docet: Videmus enim homines admodum divites plurib fidejussionibus implicatos brevi tempore versuram facientes perditum ire, sicque fidejubere dici potest perdere. Nam ille qui fidejubet, dicitur male vti substantia sua *secund. Alex.*

n.14.Iaf.1;8.Rip.38.in repet.l.si constante,solut.matr. Contractus enim fidejussionis est damnosus & incommodus fidejubenti, *secund.Palat.Rub in repet.c.per vestras, §.1 s.n.1. C de donat.inter vir.& vxor.* Hinc est vt minor fidejubens & intercedens pro alio,eo ipso dicatur lęsus, & possit restitui adversus fidejussionem sine alia probatione læsionis,*vt in l ait prætor.§.non solum ff de min.l.si Titius, vers.1 ff.de fideiuss.l.2.C.de filiofam min.& tenet Ant.Gom.2.tom.c.13.de fideiuss.n.19.* Et in proprijs terminis nostræ quęstion.tradit novissime Ant.Gom. *dec.162.Lusitaniæ per totam præcipue n.5.*quamvis directo præd.nostram quæstionem non examinet.

Secundo pro hac parte facit optima *l.7.tit.3.supr.hoc lib.5.*quę ita se habet, *Mãdamos que por fiança que el marido hiziere en qualquiera manera,o por qualquiera razon, no sea obligada su muger ni sus bienes.*Idem decidit *l.5.tit. 18.lib.3.For:*sed bona quęsita durante matrimonio statim efficiuntur sua propria,quamvis revocabiliter,*vt supr.resolvimus d.quæst.8.* Ergo mulier non tenebitur solvere debitum fidejussionis mariti ratione dictorũ bonorum:& quod prædict.lex Regia possit & debeat intelligi de his bonis mulieris superlucratis constante matrimonio potius quam de alijs proprijs, patet, quia alias lex illa non serviret de dubio,contra *l.quod Labeo ff.de Carbõ edict.* Nam habemus titulum expressum,ne vxor pro marito,hoc generaliter statuentem, & è converso,ne maritus pro vxore. Vnde lex nostra debet intelligi loqui de bonis superlucratis cõstante matrimonio: Et si. licet quemadmodum jure Regio quæsita constante matrimonio à quocunque conjuge eo soluto inter ipsos communicantur,ita & debita ab altero utro eorum cõtracta dividantur,*vt in hac l.9.& in d.l.19.For.tit. De las ganancias,* hoc tamen limitat *d.l.7.* nisi maritus pro alio fidejusserit,hoc siquidem debitũ non tenebitur vxor solvere,nec partem ejus ex bonis constante matrimonio acquisitis,*vt sensit Montalu.in d.l.5.tit 18.lib.3. For.in gl.1.in princ. sic intelligens d.l.* quæ est similis *d.l.7.*dum dicit rationem illius esse,quia ex tali obligatione viri vel forte fidejussione nullum lucrum videtur inter virum & vxorem communicari,sicut dicimus in debito ante matrimonium contracto per virum, ad quod mulier tenetur, *vt in d.l.19. For.* Eodem modo intelligit *d.l.7.* nempe vt loquatur in terminis nostræ quæstionis, & eam decidit *in hac 2. part. Matienc.ibid.gl.1.nu.1 & 2.*licet in fine relinquat cogitandum: Et eandem sententiam tenet idem *in l.3.gl.7.n.3.supra hoc eod.tit.* vbi non relinquit cogitandum, tametsi se referat in priori loco: Et hæc opinio
4 verior & tenenda videtur ex supradictis. Tum † etiam ex traditis per Mench. *Controvers.vsufruct.c.11.nu. 23.* vbi tenet quod stante statuto, quod ex contractibus vnius socij reliqui teneantur,ad fidejussionem id staturum non porrigitur: & in terminis eandem sententiam tenet Ayora, *de partitio 1.part.cap.8 n.12. vbi n. 13.* limitat in fidejussione reciproca in contractu conductionis facta.

Non obstat primum fundamentum contrarię partis, quoniam illud debet intelligi de debitis & oneribus ipsum matrimonium ac societatem inter virum & vxorem concernentibus: secus de alijs ex quibus nullum commodum sequi poterit eidem societati.

Non obstat & secundum,quod maritus sit legitimus administrator horum bonorum, & quod possit ea alienare absque fraude & cautela,*vt in l.supra eodem tit.* quia id procedit per contractus respectivos, ex quib. commodum resultare possit eidem societati,quamvis postea damnum ex re ipsa sequatur:secus vero per alios actus, ex quibus nullum commodum provenire possit eidem societati, vt ex donatione & fidejussione,ex qua magnum damnũ evenire solet:vnde quamvis quis sit legitimus administrator, donare nec fidejubere potest,nisi id specialiter sibi concedatur,*vt in l.cõtractluris,§.si filius,& ibid.doctores ff.de pact.*fidejubere enim est perdere,*vt prædiximus.* Eodem modo respondeo ad tertium argumentum, hoc addito,quod ex fidejussione si aliquando aliquod lucrum vel commodum sequatur, quod supra considerabam, id ex accidenti,& liberalitate potius principalis debitoris, pro quo maritus intercessit,provenit quam ex natura rei, & necessitate præcisa,quod non est in consideratione habendum. Non obstat quartum fundamentum,quia procedit in donatione modica,& cum caussa: at verò damnum ex fidejussione si debitum solvatur, est magnum.Hinc tamen sententiam limitari oportet,*vt per Ayor.vbi supr.n.13.* nempe quando vir,& alius in solidum conducerent aliquem reditum, & fidejusserit vnus pro alio, & illo tempore socius erat idoneus, postea tamen solvit pro eo nec suam partem recuperare potuit, quia tunc cum in vtilitatem societatis fuerit factum,tenebitur vxor ad damnum pro sua parte: *argum l.cum duobus,§.damna,ff.pro soc.* maxime quia fidejussio fuit reciproca.

Ex quibus jam infertur, quod maritus non potest dotare filiam suam prioris matrimonij ex bonis quæsitis constante secundo matrimonio: quod si id fecerit mulier, accipiet tantundem ex bonis lucratis, *vt in terminis tenet Palat. Rub.in repet.rubric.de donat. inter vir.& vxor.§.66.num.18.& prius §.62.num.12.& sequitur Quemadmod.qu.6. Fiscal.in fi.& Bacc.de non melior.ratio. dot.filiab.c.11.nu.120 cum sequentib.& præcedentib. quem refert idem sequutus d.ct. Burg. de Paz quæst.civil.8.nu.19. & sequentibus sequitur etiam Ayor.vbi supra,3 part.quæst. 12.num.38.& iterum in 4.part.fol.174.col.1.in vers. De los quales,* vbi idem concludit in alijs debitis contractis ante hoc matrimonium, solutis eo durante: ex prædict. enim dote & ipsius solutione nullum commodum nec lucrum sequitur communicandum huic vxori. Præterea onus dotandi patrem & sic ad virum non vero ad extraneum respectu d. filiæ dotatæ spectat, *vt in l.final cum similib. C.de dot.promiss.* Quod adeo procedit, vt si in hoc casu non sint alia bona superlucrata ex quib.tantundem percipiat mulier, maritus tenebitur dare secundę vxori illam medietatem dotis promissę vel debiti soluti ex alijs proprijs bonis suis,*secundum Palatium Rubeum vbi supr.nu.18.in vers.ex istis infertur,sequitur Burgos de Paz vbi supra:* Idem erit in alijs largitionibus vel debitorum solutionibus ipsius mariti ante secundum matrimonium contractorum *secund Palat.Rub.d.§.32.in fi.*Quod est verissimum *per supra dicta.*

SVMMARIA.

1 *Expensæ pro alendo filio alterius matrimonij matre vel parente vnius ex coniugibus imputandæ sunt ei, cuius est filius vel parens.*

2 *Expensum pro recuperandis bonis filij alterius matrimonij, vel in aliam caussam vnius ex coniugibus, eidem imputandum est.*

Ad l.60.Taur.

QVÆSTIO CXXIX.

Quæro † vlterius, *quid si alter coniugum habeat filium alterius matrimonij, matrem vel patrem inopem, eumque vel eam alat ex prædictis bonis communionis superlucratis constante matrimonio, an hac expensa debeat esse communis vtrique coniugi, vel deducenda tantum sit ex parte tangente ei, qui habet prædictum filium vel parentem alitos ex prædictis bonis communibus.* Et in 1
hoc Matienco *in l.3.supr.hoc tit.gloss.7.nu.10.* loquens in vxore nulla habente bona propria, nec dotalia, nupta tamen viro habenti majoratum vel Indorum cõmendam,cujus fructus jure Regio sunt communes, *vt in l. 5 supra eodem,*quæ vxor habet matrem, quam jure alere tenetur,præsupponit manifestissime, eam alendam esse ex prædict.bonis communibus, quia hoc est onus necessarium & à lege impositum,*vt in l.si quis à liberis, in princ.& in § si vel parens ff de lib.agnosc.& in l.2.in fin. tit.9.part.4.cum similib.* Insuper quia respicit tempus pręsens durantis matrimonij:Ergo si debita volũtaria vtriusque conjugis solvuntur ex bonis constante matrimonio acquisitis tanquam cõmunibus,*vt in hac l.9.* quanto magis quæ sunt necessaria & à lege imposita.

Contra hanc tamen opinionem,de qua semper non bene suspicatus sum,obstãt modo adducta in quęstione præcedenti,vbi resolvimus illa demum debita cõstante matrimonio contracta esse communia, & ideo solvenda ex bonis multiplicatis & acquisitis eodem matrimonio durante, quæ respiciunt ipsum viri atq; vxoris matrimonium & societatem, & quæ ratione ipsius ab vtroque vel altero eorum proveniunt & cõtracta sũt:secus vero illa,quę ante matrimonium orta sunt,& quæ ad alterum eorum tantum spectant. Hæc autem obligatio alẽdi filium alterius matrimonij, vel patrem vel matrem est hujusmodi,Ergo ad illum tantum ad quem spectat, convenit solutio alimentorum, nõ vero ad alterum cui nullum lucrum provenire potest ex prędictis alimentis. Non obstat motivum glossatoris nostri supra relatum, nẽpe quod vxor in prædicto suo casu nulla alia bona habeat, quam fructus communes majoratus vel commendæ mariti,& quod ipsa sit domina medietatis illorum: hoc siquidem cõcludit matrem hoc casu teneri alere matrem suam de prædict. medietate illorum fructuum communium: non tamen astringit,vt solvantur de bonis communibus vtriusq; sicut alia debita voluntaria durante matrimonio contracta,vt resolvit Matienc.Præterea debitum hoc alendi parentem & filios, quamvis sit necessarium & à lege impositum, provenit ex tempore anteriori matrimonij:Ergo non est solvendum ex bonis communibus ejusdem matrimonij,*vt prædictum est in quæst.praced.* Tandem ne auctoritate deficiamus invenio quod contrarium in terminis nostræ quæstionis loquens in marito alente filium prioris matrimonij ex bonis superlucratis constante secundo matrimonio, tenet plures auctores allegans Burgos de Paz *quæst.civil.8.n.18.* nempe quod hoc casu mulier secunda ac ejus heredes possint repetere dimidiam partem talium alimentorum;quia hoc onus alimentandi non imputatur in societate particulari, quæ est inter maritum & vxorem lucri & conquæstus, sed tantum in generali: & hanc† partem existimo verissimam & tenendam,&idem existimo esse si maritus aliquid aliud expendat vel vxor pro recuperandis bonis filij alterius matrimonij vel in aliam caussam ipsius eisdem rationibus quibus fit, vt soluto matrimonio debita vnius conjugis contracta ante matrimonium non debeant deduci ex cumulo bonorum communi, sed ex parte illius conjugis,qui ea contraxerat,*vt in l.omne æs alienum,ff.pro soc.& in l.14.tit.20.lib.3.For.* & in terminis probat Ayor. *de partit.1.part.c.7.n.1.*

SVMMARIA.

1 *Vxor vel eius heres si partem lucrorum constante matrimonio acquisitorum velit, tenetur stare contractui locationis & conductionis celebrato non solum pro tempore præterito,sed etiam pro futuro nondum completo.*

2 *Vxor vel eius heres vel socij defuncti tenetur negotia societatis cœpta per defunctum eius socium continuare, nova tamen incoare minime tenetur.*

3 *Lucro societatis salariæ communi nomine societatis emptæ pro tempore quatuor annorum ex venditione salis proveniente, durante eodem tempore heres socij defuncti vti debet & gaudere etiamsi prædictum lucrum proveniat post mortem dicti socij.*

Eadem l.60. Taur.

QVÆSTIO CXXX.

Quæro †vltimo circa *d.l.9.maritus conduxit vectigalia vel fundum pro aliquibus annis certo quodam precio quotannis solvendo: decessit medio vel altero tempore antequam conductio adimpleretur: bona præterea superlucrata constante matrimonio exsistunt, mulier autem vel eius heres acceptat prædicta lucra, vult tamen se abstinere à prædicta conductione pro reliquis annis futuris, quia sibi non expedit pro illa stare, vtpote excessivo precio contracta sit:* dubitatur, *an possit hoc facere, necne?* De hac quæstione fuimus jam in praxi consulti, & plures advocati & jurisperiti responderunt hoc licere, eo quia morte vnius conjugis fuit soluta societas præd.ac proinde alter, vel ejus heres non tenetur pro annis reliquis soluto jam matrimonio conductionem prædictam acceptare,sed potest illam repudiare quasi rem divisam & separatã à prioribus annis durante matrimonio elapsis ejusdem conductionis. quia singulis annis erat constitutum certum quoddam precium,ob quam caussam plures videntur obligationes, *vt in l.scire debemus, de verborum obligatione.* Nihilominus tamen ego contrarium respondi & nunc quoq; teneo, imo quod mulier vel ejus heres hoc minime facere possit,sed quod pręcise teneatur, aut stare conductioni pro annis reliquis ejusdem nondum elapsis, si vult habere partem lucrorum constante matrimonio quæsitorum aut si velit eisdem annis renuntiare conductioni, non possit lucra aliqua consequi ejusdem matrimonij. Primo, quia 1
† obligatio solvendi dictum precium etiam pro annis futuris descendit ab ipso matrimonio & societate atque propter ipsam: Ergo licet solutio fieri debeat eo soluto ex bonis communibus ejusdem matrimonij, ipsa facienda est,vt non semel in præcedentibus quęstionibus resolvimus atque probavimus,& damna & commoda in matrimonio communia esse debent inter virum & vxorem, *vt etiam prædiximus.* Secundo,
quia † vxor vel heres socij defuncti tenetur negotia 2
societatis cœpta per secundum ejus socium continuare,licet nova incoare minime teneatur, *vt in l.heres socij, & in l.actione, §.si in rem certam, ff.pro socio, l.nam & Servius,§.si vino, ff.de negot gestis, ibi, vt accidit cum alter ex socijs mortuus est:* Nam quæcunque prioris negotij explicandi caussa geruntur, nihil refert quo tempore consumentur,sed quo tempore incoarentur:qui text. opt.est profecto in proposito, tenent Petrus de Vbal. Carol.Ruin.& Corn. eósque referens Matienc. *in l.2. gl.1.nu.20.infra hoc tit.* vbi fingit casum ex Corneo *cons. 122.n.8.& 9.lib.1.* quando †communi nomine societa- 3
tis empta fuit salaria per tempus quatuor annorum, deinde altero ex socijs mortuo ante tempus dictorum quatuor annorum heredes ejus volebant vti communi emptione & lucro societatis obveniente ex venditione salis, post mortem facta vel facienda, quod negabant socij superstites,respondet ibi Corneus,& recte, *secundum Matienc.* lucrum in hac specie heredibus esse communicandum, quandoquidem heres socij expedire tenetur, ea quæ à defuncto fuerunt incoata, *ex dict.l.heres socij,cum similibus,* & quia si ex hujusmodi salariæ emptione seu conductione, aliquod damnum societati obvenisset,pro rata damni contribuere tenerentur. Nil mirum ergo si lucrum parti-